



# Quartus liber Moysi, qui inscribitur Deuteron.

<https://hdl.handle.net/1874/428694>

QVINTVS LIBER

MOYSI,  
QVI INSCRIBITVR  
DEUTERON.

AD EBRAICAM VERITATEM RECOGNITVS, ET  
argumentis atque scholiis  
illustratus

A Victorino Strigelio.



LIPSIÆ.  
CVM PRIVILEGIO.

ON THE

M O Y 2 R

V I L I N S O R F

D E A T R R O N

D E R A I C A N N E

A T T A C H M E N T

V I C T O R I O S I T Y

A T T A C H M E N T

A T T A C H M E N T

A T T A C H M E N T

A T T A C H M E N T

A T T A C H M E N T

A T T A C H M E N T

A T T A C H M E N T

A T T A C H M E N T

A T T A C H M E N T

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI AC DOMI-

NO DOMINO IOACHIMO

II. Marchioni Brandenburgensi, Sacri

Romani imperij Electori & Archicamera-

rio, Sedinorum, Pomeranorum, Cassubio-

rum, Henetorum & Silesie Duci,

Burggrauio Noribergensi, Prin-

cipi Rugie, domino suo

clementissimo,

S. D.

**C**VM ECCLESIA INDE VSQVE  
à prædicatione apostolorum non  
fit alligata ad ceremonias, aut ad  
leges forenses Moyfi, quæ vnâ cum sua  
politia collapsæ & deletæ sunt, quia sic  
latæ fuerunt, vt ad tempus durarent  
donec veniret Christus, multi à nobis  
quærere solent, quam vtilitatem Ec-  
clesiæ afferat lectio quinque librorum  
Moyfi. Constat enim bonam partem  
horum monumentorum præcipue con-  
sumi in descriptione externorum rituum  
& politicorum mandatorum, quæ  
non magis ad nos pertinent, quam ta-  
bulæ Solonis aut Decemuirorum. Etsi

A 2

autem



## E P I S T O L A

autem responderi potest, multa genera legum ceremonialium & iudicialium in Moyse naturalia esse, quæ ad omnes homines & ad omnia tempora pertinent, vt prohibitio commixtionis in proximis gradibus, quæ recitatur Leuitici 18. vere naturalis est, & omnes gentes obligat omnibus temporibus: tamen non vtar hac responsione, sed iunioribus causas magnas & graues exponam, propter quas libri Moyfi assidua lectioe dignissimi sunt. Ac prima quidem causa est, quod Moyse continuam historiam duorum millium & quingentorum annorum à condito mundo vsque ad occupationem terræ Canaan complexus est. Vult autem Deus Ecclesiæ notum esse initium mundi, ne cogitet mundum ab æterno fuisse. Vult etiam ordinem patefactionum considerari, vt sciamus quæ prior de Deo doctrina sit, quæ posterior. Ideo historiam omnium temporum breuem quidem, sed res summas comprehendentem semper in Ecclesia extare voluit & conseruauit. Quid igitur sunt libri Moyfi nisi eruditissima quædam *ἀρχαιολογία* de mundi initio, de religionis exor-

## DEDICATORIA.

exordio, de propagatione, deprauatione & restitutione doctrinae & Ecclesiae? Hac causa si qui non mouentur, ut scripta Moyse saepe multumque legant, duri homines sunt vel potius vix homines. Quid est enim tam inhumanum, quam pecudum more ad id solum quod adest, quodque praesens est, se accommodare, & paulum admodum sentire praeteritum aut futurum? Sed de historiae necessitate, dignitate & utilitate saepe alias dictum est. Quare nunc sum breuior, & ad explicationem secundae causae accedo, quae sumitur à *nomothetia*. Et si enim leges forenses & ceremoniales Moyse, quae non sunt naturales abrogatae sunt: tamen alia pars legis, quae praecipua est, scilicet Decalogus, est aeterna voluntas Dei, & immutabile iudicium damnans peccatum. Ut enim manet mens diuina irascens peccato: ita manet perpetuo Decalogi sententia, quae obligat creaturas racionales ad obedientiam, & inobedientes punit. Huius legis noticia omnibus hominibus necessaria est, ut sit norma disciplinae, & speculum peccati, & paedagogia ad Christum, denique ut sit occasio pe-

tendi, vt in nobis restituatur imago  
D E I.

Sequitur tertia causa, cur Moyſi ſcripta nunquam de manib. ponenda ſint, quia Moyſes non tantum miniſter eſt veteris teſtamenti, ſed etiam propheta noui teſtamenti. Sic enim D O M I N U S apud Ioannem cap. 5. inquit, Si crediſſetis Moyſi, crediſſetis etiam mihi. Nam de me ille ſcripſit. Et poſt reſurrectionem diſcipulos hunc in modum alloquitur, Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobiscum, quod neceſſe eſſet impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & Pſalmis de me. Et exorſus à Moyſe & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant. Si igitur magnificimus teſtimonia de Chriſto, quæ diſcernunt Eccleſiam ab alijs ſectis, fieri non poteſt quin Moyſen præcipuum teſtem de Meſſia miremur & in pretio habeamus.

Quarta reſtat cauſa, quæ nos ad lectionem ſcriptorum Moyſi impellere debet, quod reliqui prophætæ velut riuuli ex Moyſe, ceu perenni fonte ſcaturiant.

DEDICATORIA.

turiant. Quis autem tam stolidus est, ut cum riuulos probet, fontes aspernetur? Credo ego neminem in Ecclesia esse, quem non valde delectent Psalmi Dauidis, de quibus præclare dixit Athanasius in epistola ad Marcellinum, Omnis apud nos siue noua siue vetus scriptura diuini numinis afflatu prodijt, & idonea est ad erudiendum ea forma verborum, qua concepta est. Sed tamen præcipua attentione obseruationeq; liber Psalmorum dignus est, in quo veluti in paradiso omnia genera lignorum plantata sunt. Iam vero constat Dauidem fuisse discipulũ Moyfi γυναιον, & carmine complexum esse, quæ ab hoc magistro simplici orationis filo exposita erant. Quare si Psalmos Dauidis & reliquorum prophetarum oracula omnibus thesauris merito antepoſimus, non est nostrum dubitare, quin fons totius scripturæ propheticæ amandus & magnificandus sit.

Sed hæc de omnibus libris Moyfi breuiter dixisse satis sit. Nunc pauca de quinto libro, qui inscribitur Deuteronomium, dicam, quem dignum esse lectione non modo sacerdotum, sed



etiam regum & principum vox diuina testatur. Nam Deuteronomij 31. Deus præcipit leuitis, vt hunc librum legant audiente vniuersa multitudine Israëli-tarum. Et capite 17. expresse præcipi-tur, vt rex discat legem, & eam sequatur in tota gubernatione. Deinde com-mendat nobis hunc librum ipsa rerum bonitas. Cum enim tota doctrina di-uinitus tradita comprehendatur lege & Euangelio, hic liber non tantum lu-culente & copiose Decalogum enar-rat, sed etiam illustre testimonium di-cit de Messia. Clare enim dicitur Deu. 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, sicut te. Hæc verba Petrus Actorum 3. ad Christum accom-modans inquit, De Christo locutus est Deus per os omnium sanctorum suo-rum à seculo prophetarum. Moyses quidem ad patres dixit, Prophetam suscitabit, & quæ sequuntur.

Et quoniam exemplorum magna vis est ad permouendos hominum animos, consideremus exempla Iosux & Iosix, quorum ille conspecta hostium acie, cunctisque regibus Cananæorum ad præ-lium congregatis, pro armis & gladijs  
Deute-

## DEDICATORIA.

Deuteronomium recitans, verbaque legis in memoriam reuocans, hostes superauit, hic cum reperisset quintum librum Moyfi in templo, rursus eundem proferri ac legi iussit.

Cum igitur huius libri lectio omnium ordinum hominibus vtilissima sit, contuli eum cum Ebraicis fontibus, & argumentis atque scholijs illustratum auspicio tuæ Celsitudinis, Illustrissime princeps Elector, domine clementissime edendum putavi, quia scio C. T. hoc Moyfi scriptum exemplo Iosuae & Iosif magnificere, & assidue legere non ea solum, quæ nos sancti apostoli docuerunt, sed ipsorum quoque prophetarum oracula, imprimisque Moyfi libros, quos Theodoretus in oratione secunda contra Ethnicos non dubitat appellare Oceanum Theologiae. Vt enim ex Oceano fluuij omnes & maria omnia deriuantur: ita reliqui prophetæ riuulis Moyfi hortulos suos suauiter irrigant. Quare & propter res ipsas quæ in hoc libro continentur, & propter autorem confido hanc dedicationem C. T. gratissimam fore, atque vt fit animo subiectissimo peto. Oro autem

E P I S T. D E D I C A T.

Deum æternum patrem Domini & saluatoris nostri Iesu Christi conditorem generis humani & Ecclesiæ, vt C. T. confirmet vires animi & corporis, ac tribuat salutarem gubernationem per & propter filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, Amen. Bene & feliciter valeat C. T. Data Lipsiæ Cal. Augusti Anno CHRISTI 1566.

Illustris. Cel. Tuæ

deditissimus

*Victorinus  
Strigelius.*

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

TITVLVS HV-  
IVS LIBRI.

**D**E titulo huius libri infra capite xvii.  
dicetur, ubi precipitur regi, ut hanc  
secundam legem à leuitis accipiat & assi-  
due legat.

ARGVMENTVM  
DEVTERONOMII.

**N**ULLA maior sapientia (Euangeli-  
um semper excipio) Ecclesie diuinitus  
patefacta est, quàm lex Moralis, que est  
eternum & immotum discrimen faciendorum  
& non faciendorum, testificans quod sit Deus,  
& qualis sit, & quod iudicaturus sit. Huius  
autem sapientie, que nunquam exhauriri po-  
test, luculenta enarratio in Deuteronomio  
proponitur. Deinde concionibus legis dul-  
cissima & amplissima promissio de Messia  
intertexitur. Multæ præterea consolationes  
velut gemmæ insignes in hoc scripto eminent,  
quibus usum videmus filium Dei in acerr-  
ma disputatione cum Diabolo. Nam in eo  
certami-



certamine potissimum ex hoc libro quasi quodam locupletis armamentario ἀμυντήρια, id est, tela ad repellendum hostem depromit. Hæc tam crebra citatio huius libri, qua usus est filius Dei, non minima laus est Deuteronomij. Quid quod huius libri custodia & assidua lectio non modo leuitis, sed etiam regibus Israël commendata est, ut significaretur hunc librum maximi precij thesaurum atq; depositum esse profuturum simul ad pietatem & ad salutarem gubernationem Ecclesie & Reipublicæ? Etsi autem hic liber propter causas, quas exposui, haud dubie pio lectori gratus est: tamen hoc etiam nomine peculiariter commendatus esse debet, quod tanquam cygnea fuit diuini hominis vox & oratio. Quare hoc utilissimum & necessarium scriptum Moysi erudite enarrans legem & promissionem de Messia grato animo amplectamur, idq; diurna & nocturna manu versemus, sicut Deuteronomij 6. omnium ordinum hominibus precipitur, Acues ea filiis tuis.

DISPOSITIO GE-  
NERALIS DE V-  
TERONOMII.

**T**RIA priora capita Deuteronomij continent *ἐπιλογισμὸν*, id est, breuem repetitionem precipuarū historiarum, quæ in Exodo & in Numeris prolixè expositæ sunt.

Caput quartum est hortatio ad seruandam legem. Reliqua capita vsq; ad decimum octauum inclusiuè enarrant primam tabulam Decalogi.

Capita quæ sequuntur vsq; ad vicesimum sextum inclusiuè sunt interpretationes secundæ tabulæ Decalogi.

In vicesimo septimo & mox sequenti recitantur maledictiones & benedictiones legi additæ.

Caput vicesimum nonum & duo sequentia sunt admonitiones postremæ, quibus Moyse populū de obedientia erga legem & de pœnis secuturis contumaciam commonefacit.

Caput xxxii. est carmen iuculentum de beneficijs populo Israëli exhibitis, & de futura populi ingratitude ac de pœnis, quæ ingratos & contumaces iu-

D I S P O S I T I O

ces iustissimo ordine oppriment. Hoc carmen imitatus est Esaias cap. 5. in quo concionatur de cultura, sterilitate & destructione vineæ, id est, regni & sacerdotij Iudaici.

Caput xxxiii. complectitur benedictiones, quas Moyses singulis tribubus Israël pronunciauit.

Postremum caput describit aetatem, mortem & sepulturam Moyfi.

A T H A

ATHANASII IV-  
DICIVM DE HOC  
LIBRO IN EPISTO-  
la ad Marcellinum.

**D**EVS iniunxit Mofi scribere can-  
ticum magnum, & id populum  
docere vnà cum duce constituto. Iubet  
item scribere Deuteronomium, & in  
manibus gestare, & perpetuo eius ver-  
ba meditata habere, cum ea sufficiant  
ad virtutis admonitionem & opitula-  
tionem illis, qui se probe in ijs exercue-  
rint. Certe cum in terram promissio-  
nis venisset Iesus Naue, conspecta ho-  
stium acie, cunctisq; regib. Amorhæo-  
rum ad prælium coëuntibus, ipse pro  
armis ac gladijs Deuteronomium re-  
citans in aures omnium verbaq; legis  
in memoriam reuocans, ijsq; populum  
obarmans, hostes superauit. Rex por-  
ro Iosias inuento eo libro recitatoq; ad  
omnium aures, nihil vltius aduersa-  
rios timebat. Iam si bellum populo in-  
gruerat, arca in qua erant tabulæ legis,  
ante omnes præcedebat, & hoc suffi-  
ciebat illis pro quavis acie in subsidi-  
um, nisi

um, nisi in baiulis arcæ, aut in populo  
aliquod scelus aut hypocrisis hæreret.  
Fide siquidem & sana affectione  
opus est, vt lex nostris pre-  
cibus cooperetur.

CAPVT



I

# CAPVT I.

## Argumentum.

*PRAECIPVVS huius capituli locus est illustris imago humane sapientie, que non vult facere opera à Deo mandata, & querit alia que prohibet Deus. Ahas non vult parere voci Esaiæ, in qua Deus promittit ei auxilium. Postea querit impiorum regum auxilia, que sunt ipsi & regno perniciofa. Sic populus Israël iussus preliari cum hostibus peccauit diffidentia. Postea voluit preliari, cum quidem tunc Deus prohiberet. Hec exempla declarant quàm vere Ecclesia canat de Spiritu sancto: Sine tuo numine nihil est in homine, nihil est innoxium.*

## TEXTVS.

**H**AEC sunt verba Topographia, que non intelligitur nisi inspectis tabulis terræ sanctæ.  
 quæ locutus est  
 Moses ad omnem Israël, trans Iordanem  
 in solitudine campestri, è regione maris rubri, inter Paran & Tophel, & Laban, Hazeroth, & Disahab, vndecim dierum itinere à monte Horeb vsq; ad Kades Barnea per montana Seir.

B Quadra-

Quadragesimo anno undecimo mense, prima die mensis, locutus est Moses ad filios Israëli omnia, quæ præceperat illi  
**D O M I N V S**, ut diceret eis, postquam percussit Sihon regem Amorceorum, qui habitauit in Heshbon, & Og regem Basan, qui habitauit in Altaroth & Edrei, trans Iordanem in terra Moab.

*Ἐξωνολογία.*

Qui loquitur in Ecclesia loquatur sermones Dei. Nemo igitur gignat nouū doctrinæ genus, sed omnes pii doctores sint custodes vocis a Deo traditæ.

Cæpitq; Moses ex planare legem & dicere, **D O M I N V S** Deus noster locutus est ad nos in monte

Propositio huius libri, qui nihil aliud est nisi enarratio legis diuinæ.

Horeb dicens, Satis in hoc monte mansistis, Vertite vos & proficiscimini, ut veniatis ad montem Amorceorum & ad omnem viciniam in planicie, in montibus, & in vallibus, ad meridiem, & ad littus maris, ad terram Chananeorum & ad Libanum, vsq; ad flumen magnum Euphratem. Ecce tradidi vobis terram quæ est in conspectu vestro. Ingredi mini & occupate eam, quam iurauit

**D O M I N V S**

DOMINVS patrib. vestris Abrahā, Isaac & Iacob, vt daret illam eis, & femini eorum post eos.

Deus optima fide præstat promissa, etiamsi certo consilio differuntur.

Dixiq; vobis illo tempore, Nō possum solus sustinere vos, quia DOMINVS Deus vester multiplicavit vos, vt hodie sitis sicut multitudo stellarum cœli. (DOMINVS Deus patrum vestrorū auget hunc numerum accessione multorum & benedicat vobis sicut locutus est.) Quomodo solus sustinebo & onera, & litigationes. Eligite ex vobis viros sapientes, intelligentes & peritos in tribus vestris, vt constituam eos super vos principes.

Vnius manus est imbecillis pugna.

Votum pie conceptū pro Ecclesia.

millium, & benedicat vobis sicut locutus est.) Quomodo solus sustinebo & onera, & litigationes. Eligite ex vobis viros sapientes, intelligentes & peritos in tribus vestris, vt constituam eos super vos principes.

Magistratus est gestator maximum onerum.

προκείμενα boni iudicis.

Peccatura iudicibus aut ignorantia, aut negligentia, aut cupiditate.

Opponitur ergo sapientia ignorantia & circūspectio seu diligentia omiffioni, denique inte-

Tunc respondistis mihi, Bona res est quam vis facere. E-legi itaq; de tribu-



bus vestris viros sapientes & peritos & gritas priuatæ cupiditati.

constitui eos principes super vos videlicet tribunos, centuriones, quinquagenarios, decanos & præfectos, vt iudicarent vos, præcipiæ iudicibus vestris illo tempore dicens, Audite illos & iudicate eos iuste,

siue ciuis sit ille, siue peregrinus, non agnoscetis personas in iudicio. Ita paruum audietis vt magnum, nec reuereamini cuiusquam personam,

quia Dei iudiciū est.

Quod si difficile aliquid vobis visum

fuerit, referte ad me & ego audiam, præcipiæ omnia quæ facere deberetis.

Profectiæ de Horeb transiuimus per

terribilem & maximam solitudinē totam, quam vidistis,

per viam versus montem Amorei, sicut

præceperat **DOMINVS** Deus noster

nobis.

*Hæc concio aureis literis scribenda erat in vestibulis omnium aularum & curiarum, vt iudices de officio admoneret.*

*Insigne testimonium de institutione & approbatione magistratus.*

*Ecclesia semper vagatur in mundo tanquam in deserto, quia nullum habet defensorem certum nisi solum filium Dei.*

nobis. Cumque venissemus in Kades Barnea, dixi vobis, Venistis ad montem Amorei, quem DOMINVS Deus noster daturus est nobis. Vide terram quam DOMINVS Deus tuus dabit tibi. Ascende & posside eam, sicut locutus est tibi DOMINVS Deus patrum tuorum. Noli timere, nec quicquam perhorrescas.

Et accessistis ad me omnes, atq; dixistis, Mittamus viros ante nos, qui considerent terram, & renuncient per quod iter debeamus ascendere & ad quas ciuitates pergere, cumq; mihi sermo placuisset, accepi ex vobis duodecim viros, singulos de tribubus suis, Qui cum perrexissent & ascendissent in montana, venerunt vsq; ad torrentem Escol, & considerata terra, sumentes secum de fructibus eius, attulerunt ad nos, & renunciauerunt nobis atq; dixerunt, Bona est terra, quam DOMINVS Deus noster daturus est nobis.

Et nolulistis ascendere, & contumaciter repudiantes sermonem DOMINI

Prætextus diffidentia non acquiescentis in promissione diuina. Hic primus ad ruinam gradus est.

murmurastis in tabernaculis vestris & dixistis : Odit nos

**DOMINVS**, & iccirco eduxit nos de terra Aegypti, vt tra-

Secundus gradus est blasphemia, qua diffidentia augent.

deret nos in manum Amorei atq; dederet. Quo ascendemus? Nuncij languescerunt cor nostrum dicentes, Populus magnus est & nobis statura procerior, vrbes magnæ & ad cœlum vsq; munitæ. Etiam filios Enakim vidimus ibi.

Et dixi vobis, Nolite metuere, nec timeatis eos, **DOMINVS** Deus vester antecedit vos, & pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit vobiscum in Aegypto, vobis spectantibus. Et in solitudine ipse vidisti, quomodo gestarit te **DOMINVS** Deus tuus non aliter quàm solet homo gestare filium suum in omni via per quam ambulasti, donec veniretis ad locũ istum.

Cõsolatio a priori beneficio sumta. August. Psal. 109. Nemo dicat non posse impleri, quod cœptum est. Quid finem cœpti desperas? Omnipotens cœpit, Omnipotens promisit se implerũ esse quod cœpit.

scryci sunt monitrices & concionatrices de amore Dẽi primum erga filium, deinde erga Ecclesiam.

Et ne

Et ne sic quidem credidistis DOMINO Deo vestro, qui antecessit vos in via, ad ostendendum vobis locum, in quo castra locanda erant, nocte ostendens vobis iter per ignem, & interdiu per nubem.

Præsentia filii Dei in Ecclesia.

Cum autem DOMINVS audiuiſſet vocem sermonum vestrorum iratus iuravit & dixit, Non videbit quisquam de hominib. generatio- nis huius pessimæ

Pœna incredulitatis & aliorum peccatorum.

terram bonam, quam iuravi me patribus ipsorum daturum esse, præter Caleb filium Iephanne, Ipse enim videbit eam, & ipsi dabo terram quam calcavit, & filijs eius, quia

secutus est DOMINVM plene. Etiam mihi iratus DOMINVS propter vos dixit, Ne tu ingredieris illuc, sed Iosua filius Nun minister tuus, ipse intrabit. Hunc roboram, quia distribuet Israëli hæ-

Præmium fidei, iuxta regulam, Pietas habet promissiones præsentis & æternæ vitæ.

Iosua est imago Christi, qui traducit Ecclesiam per Iordanem, id est, per miseras huius vitæ in promissam hæreditatem. Nam



reditatem. Paruuli vestri de quibus dixistis, quod futuri essent præda, & filij vestri, qui hoc die ignorant discrimen boni & mali, ipsi ingredientur, & ipsis dabo terram, & possidebunt eam. Vos autem reuertimini & abite in solitudinem, per viam versus mare rubrū, Et respondistis mihi, Peccauimus DOMINO, Ascendemus & pugnabimus, sicut præcepit nobis DOMINVS Deus noster, cumq; instructi armis ascenderetis in montem, locutus est DOMINVS ad me, Dic eis, Nolite ascendere, neq; pugnetis. Non enim sum vobiscum, ne cadatis coram hostibus vestris. Hæc locutus sum, & non audistis, sed contumaciter repudiantes verbum DOMINI & elati ascendistis in montem. Itaq; egressus Amoreus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniens, persecutus est

legi impossibile est iustificare & viuificare naturam peccato & morti obnoxiam, vt Rom. 8. & Gal. 3. dicitur.

Tertius gradus peccati est, quod iussi quiescere contra mandatum Domini dimicant, & furenter ruunt suas in clades, Ita furor in pœnis est summa pœna & auget calamitates.

Georg. 4. Illis ira modum supra vos,

vos, sicut apes solent facere, & percusserunt vos in Seir vsq; Horma. Cumq; reuersi ploraretis coram DOMINO, non audiuit vos, nec auscultauit voci vestrae. Mansistis ergo in Cades Barnea longo tempore.

est, laetaque venenū  
Morsibus inspi-  
rant & spicula cœ-  
ca relinquunt  
Affixa in venis,  
animasque in vul-  
nere ponunt.

## CAPVT II.

### Argumentum.

*Hoc caput testatur imperia non solis consilijs aut viribus humanis constitui aut mutari, sed sapientia & prouidentia diuina. Ut enim vices dierum & noctium sunt opera Dei: sic constitutiones & mutationes imperiorum sunt res sapientia & iusticia Dei in genere humano ordinata. Punit enim Deus iusto iudicio totas gentes & principes ipsos imperiorum translationibus. Rursus miranda sapientia & bonitate conseruat & restituit aliquas politias, ne desint Ecclesia niduli & hospitia.*

### TEXTVS.

**R**euersi autem inuimus in solitudine per viam versus mare rubrum, sicut mihi dixerat **DOMINVS**, & circuiuimus montem Seir longo tempore, Dixitq; **DOMINVS** ad me, Satis circuiistis montem istum, Ite contra Aquilonē, & populo præcipe dicens, Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos, Sed diligenter cauete ne quicquam hostile contra eos faciatis. Neq; enim dabo vobis vestigium pedis de terra eorum, quia in possessionem dedi

Deus benefacit posteris, ppter pietatem maiorum.

Esau montem Seir, Cibos emetis ab eis pecunia, vt comedatis, & aquam emtam haurietis vt bibatis. Nam **DOMINVS** Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum. Curauit etiam iter tuum quod confecisti in hac vasta solitudine annis quadraginta, atq; ita tibi præsto fuit **DOMINVS** Deus tuus, ne quicquam tibi deesset.

Huius exempli consideratione fidē nostram confirmemus. Qui enim pauid Israëlitas in de-

ferto totos annos quadraginta, non patierur credenti & facienti officium deesse res ad vitam necessa-

necessarias, iuxta dictum, Non vidi iustum derelictum, aut semen eius quærens panem.

Cumq; transissemus fratres nostros filios Esau, qui habitant in Seir per viam campestrem de

Elath & de Ezeongaber, venimus ad iter quod ducit in desertum Moab, Dixitq;

Nomina ciuitatum in Idumæa, quæ est pars Arabiæ Petrææ.

DOMINVS ad me, Noli oppugnare Moabitæ, neq; bellum eis inferas. Non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, cum filijs Lot tradiderim Ar in possessionem. Emim

Gigantes variis nominibus appellantur: Emim, terribiles. Enakim, torquati. Rephaim, medici. Horim, nobiles.

antea incoluerunt eam, populus magnus & robustus & proceræ staturæ sicut Enakim, ac pro Rephaim haberi possunt sicut Enakim. Ideo Moabitæ appellant eos Emim. In Seir autem prius habitauerunt Horim, quibus expulsis atq; deleris successerunt filij Esau, sicut fecit Israël in terra possessionis suæ, quam dedit illi DOMINVS.

Dominus transfert regna.

Surgentes ergo vt transiremus torrentem

rentem



rentem Sared, venimus ad eum. Tempus autem quo ambulauimus de Kades Barnea vsq; ad vadū

Sared triginta & o-

*χρονολογια.*

cto annorum fuit, donec consumeretur omnis multitudo bellatorum in castris, sicut iurauerat DOMINVS. Imo & manus DOMINI erat contra eos, vt funditus in castris delerentur.

Postquam autem vniuersi bellatores interierunt, locutus est DOMINVS ad

Non tantū morbis, sed etiam tragicis pœnis consumta est tota multitudo Israëlitarū, qui duce Moysē ex Aegypto exierant, exceptis Iosua & Caleb.

medicens: Tu transibis hodie terminos Moab versus urbem Ar, & accedes ad viciniam filiorum Ammon. Caue ne eos oppugnes aut bellum eis inferas. Non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filijs Lot dedi eam in possessionem. Terra Rephaim & ipsa reputata est, & in ipsa olim habitauerunt Rephaim, quos Ammonitæ vocāt Sammesumim, populus magnus & robustus & procera stature sicut Enakim,

Sammesumim, conscelerati videlicet tyranni, latrones & prædones. quos

quos deleuit DOMINVS à facie eorum, & successerunt in locum ipsorum, sicut fecerat cum filijs Esau, qui habitant in Seir, delens Horim, & terram eorum illis tradens, quam possident ad hunc vsq; diem. Et Caphthorim egressi ex Caphthor deleuerunt Auim habitantes in Hazerim vsq; ad Gaza, & successerunt in locum ipsorum.

Surgite & transite torrentem Arnon. Ecce tradidi in manum tuam Sihon regem Hesbon Amorem. Incipe igitur occupare terram eius, & infer ei bellum. Hodie incipiam incutere terrorem & pauorem omnibus populis sub omni caelo, vt audita mentione nominis tui cohortescant & aduentum tuum reformident.

In diuinis terroribus etiam deorū liberi fugiunt, vt ait Pindarus.

Misi ergo nuncios de solitudine Orientali ad Sihon regem Hesbon dans eis hæc mandata pacifica; Transibimus per terram tuam manentes in via regia, Non deflectemus neq; ad dextram neq; ad sinistram, alimenta pecunia nobis vendes vt vescamur, & aquam tantam dabis vt bibamus. Tantum pedes

dites transibimus, sicut fecerunt nobis filij Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ, qui habitant in Ar, donec traiciamus Iordanem ad terram, quam DOMINVS Deus noster daturus est nobis.

Sed noluit Sihon rex Hesbon concedere nobis transitum, quia indurauerat DOMINVS Deus

tuus spiritum eius, & obfirmauerat cor illius, vt traderetur in manus tuas, sicut nunc vides. Dixitq; DOMINVS, Ecce cœpi tibi tradere Sihon & terram eius, incipe eam possidere. Egressusq; est Sihon obuiam nobis cum omni populo

suo ad prælium in Iahza, & tradidit eum DOMINVS Deus noster nobis, percussimusq; eum cum filijs suis, & omni populo suo.

Expugnauimus igitur illo tempore omnes eius vrbes, & anathemate percussimus omnes vrbes vnâ cum viris, mulie-

Lucanus: Hoc placet o superi cum vobis vertere cuncta

Propositum, nostris errorib. addere crimen.

Cladibus irruimus, nocituraque poscimus arma.

Sunt enim errores consiliorum peccatorum, & causæ ruinæ atque interitus

mulieribus & paruulis, nec vlli vitam concessimus, exceptis iumentis, quæ direpta sunt, & spolijs vrbiũ quas cepimus ab Aroer, quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & ab oppido, quod in torrente situm est vsq; ad Gilead. Non fuit ciuitas quæ impressionem nostram sustinere posset. Omnes tradidit

**D O M I N V S** Deus noster nobis, excepta terra filiorum Ammon, ad quam

Victoria est Dei beneficium & ab eo petendum.

non accessistis, & cunctis quæ adiacent torrenti Iaboc, & vrribus montanis & vniuersis locis, à quibus nos abstineri iussit **D O M I N V S** Deus noster.

### CAPVT III.

Argumentum.

*P E R T E X I T* Moses in hoc capite narrationem de miranda gubernatione & defensione Ecclesie in deserto, & de victorijs aduersus duos reges, quæ erant testimonia præsentie Dei in Ecclesia. In fine affirmat se non esse exauditum cum petiisset à Deo rem corporalem, vt exemplo suo nos doceat bona corporalia petenda esse cum conditione voluntatis diuine.

**T E X -**



## TEXTVS.

**I**Taq; conuersi ascendimus per iter Basan, egressusq; est Og rex Basan obuiam nobis cum populo suo ad committendum prælium in Edrei. Dixitq; DOMINVS ad me, ne timeas eum, quia in manum tuam tradidi eum, cum omni populo ac terra sua, faciesq; ei sicut fecisti Sihon regi Amoreorum, qui habitauit in Hesbon. Tradidit ergo DOMINVS Deus noster in manus nostras etiam Og regem Basan, & vniuersum populum eius, percussimusq; eos vsq; ad interneccionem.

Cepimusq; cunctas ciuitates illius vno tempore, non fuit oppidum, quod non caperemus, sexaginta vrbes, omnem regionem Argob regni Og in Basan. Cunctaq; vrbes erant munitæ muris altissimis, portisq; ac vestibibus, præter oppida valde multa quæ muris nudata erant. Et anathemate percussimus eos, sicut feceramus Sihon regi Hesbon, & funditus deleuimus vrbes vnâ cum viris, mulieribus & paruulis. Iumenta autem & spolia urbium diripimus.

Tuli-



Tulimusq; illo tempore terram de manu duorum regum Amoreorum, qui erant trans Iordanem, à torrente Arnon vsq; ad montem Hermon, quem Sidonij Sirion vocant, & Amorei Senir, omnes ciuitates quæ sunt sitæ in planicie, & vniuersam terram Gilead & Basan vsq; ad Salcha & Edrei, ciuitates regni Og in Basan. Nam solus Og rex Basan reliquus erat de stirpe Rephaim, Monstratur lectus eius ferreus in Rabbath filiorum Ammon, cuius longitudo est nouem cubitorum & latitudo quatuor iuxta vsitatam mensuram cubiti virilis.

Illo igitur tempore possedimus terram ab Aroer, quæ est sita ad ripam torrentis Arnon vsq; ad mediam partem montis Gilead, & ciuitates illius dedi Rubenitis & Gaditis. Reliquam autem partem Gilead & omnem Basan regni Og tradidi dimidiæ tribui Manasse, omnem regionem Argob in tota Basan, quæ vocatur terra Rephaim. Iair filius Manasse possedit omnem regionem Argob vsq; ad terminos Gesfuri & Machati, vocauitq; nomine suo Basan, Hauoth Iair

Hauoth villæ.

ad hunc

ad hunc vsq; diem. Machir vero dedi Gilead, & Rubenitis ac Gaditis dedi de terra Gilead vsq; ad medium torrentem Arnon, & terminos vsq; ad torrentem Iaboc, qui est terminus filiorum Ammon, & planiciem atq; Iordanem, qui est terminus à Cinæreth vsq; ad mare in planicie, quod est mare salis ad radices montis Pisga contra Orientem.

Præcepique vobis illo tempore dicens, DOMINVS Deus vester dedit vobis

Habenda est ratio non nostri solum, sed etiam aliorum.

terram hanc vt eam possideatis. Armati ergo anteceditate fratres vestros filios Israël omnes viri ad bellum idonei, absq; vxoribus & paruulis atq; iumentis ( Noui enim quod pecoris diuites sitis ) quæ in vrbibus remanere debebunt, quas tradidi vobis, donec requiem tribuat DOMINVS Deus vester fratribus vestris, sicut vobis tribuit, & possideant etiam ipsi terram, quam daturus est eis trans Iordanem. Tunc reuertetur vnusquisq; in possessionem suam, quam dedi vobis.

Iosua quoq; illo tempore præcepit dicens,

dicens, Oculi tui vi-  
derunt quæ fecit D O  
M I N V S Deus vester  
duobus his regibus,  
sic faciet omnibus  
regnis ad quæ transi-

Nulla æmulatio  
inter Moysen & Io-  
suam. Ille igitur  
sapit ad communẽ  
vtilitatem, qui a-  
micis honestissima  
tribuit.

turus es, Ne timeatis eos, D O M I N V S  
enim Deus vester pugnabit pro vobis.

Precatusque sum D O M I N V M illo  
tempore dicens, D O M I N E Deus tu  
cœpisti ostendere seruo tuo magnitu-  
dinem tuam, manumq; fortissimam.  
Neq; enim est alius Deus, vel in cœlo,  
vel in terra, qui possit facere opera tua  
& comparari magnitudini tuæ. Sine me  
quæso transire & videre terram hanc  
optimam trans Iordanem, & montem  
istum optimum & Libanum. Succense-

bat autem mihi D O M I N V S propter  
vos, nec audiuit me,  
sed dixit mihi, Satis  
est, Non facias de-  
inceps huius rei men-  
tionem apud me.  
Ascende in fastigiũ  
montis Pisga, & o-  
culos tuos circumfer  
ad Occidentem &

August. Psalmo  
85. Fideliter suppli-  
cans Deo pro ne-  
cessitatibus huius  
vitæ & misericor-  
diter au litur & mi-  
sericorditer nõ au-  
ditur. Quid enim  
infirmo sit vtile ma-  
gis nõuit medicus,  
quam ægrotus.

ad Aquilonem, Austrumq; & Orientem, & aspice. Non enim transibis Iordanem istum, præcipe Iosue, vt sit magno & forti animo, quia ipse ducet hunc populum, & distribuet eis terram, quam visurus es. Mansimusq; in valle contra domum Peor.

## CAPVT IIII.

### Argumentum.

*HACTENVS recitauit Moyses quædam historica de gloria veteris testamenti. Nunc instituit adhortationem, in qua primum docet Deum sic agnoscendum & inuocandum esse, sicut se patefecit. Deinde testatur Ecclesiam inuocantem verum Deum fiducia filij Mediatoris exaudiri, & lapsos agentes pœnitentiam per misericordiam recipi. Postremo tradit normam vite Deo placentis. Sunt enim summa Ecclesiæ bona, vera agnitio & inuocatio Dei, exauditio diuina, firma animorum consolatio in pœnitentia & regula cultuum & morum, quos Deus approbat.*

### TEXTVS.

Et nunc



**E**T nunc Israël, Audi statuta & iura, quæ ego doceo vos, vt facientes ea viuatis, & ingredientiſ possideatis terram, quam **DOMINVS** Deus patrũ vestrorũ daturus est vobis. **NON** addetis ad verbum quod vobis præcipio, nec auferetis ex eo, vt seruetis præcepta **DOMINI** Dei vestri, quæ ego præcipio vobis.

Oculi vestri vident, quæ fecerit **DOMINVS** contra Baal Peor, & quomodo deleuerit omnes qui eundem secuti sunt de medio vestri. Vos autem qui adhæretis **DOMINO** Deo vestro viuatis vniversi ad hunc vsq; diem.

Ecce ego docui vos statuta & iura, sicut præcepit mihi **DOMINVS** Deus meus, vt faciatis sic in terra, quam possessuri estis.

Seuerissimũ mandatum alligans Ecclesiam ad verbum diuinitus traditum, & damnans omnes opiniones & cultus cum hoc verbo punnantes.

I. Ratio mandati a pœnis & præmiis. Vtitur autem exemplo pœnæ non remoto a memoria populi propter vetustatem, sed recenti & domestico, cuius maior vis est ad permouendos animos.

II. Ab autoritate legislatoris, cui creatura rationalis debet obedientiam.



Seruate ergo & facite ea. Hæc est enim uestra sapientia & intelligentia coram populis, vt audientes vniuersa statuta hæc dicant, Certe iste populus sapiens & intelligens, gens magna est. Quæ gens est tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut **D O M I N V S** Deus noster præsto est, quoties eum inuocamus? Quæ gens est tam grandis, vt habeat statuta & iura iusta, sicut est hæc lex, quam ego hodie ante oculos vestros propono?

Serua igitur teipsum & animam tuam magna cura & sollicitudine, ne obrepat tibi obliuio eorum, quæ viderunt oculi tui, & ne excidant ex corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ, & notam facies filijs ac nepotib. tuis

Doctrina Ecclesiæ de lege & de Euangelio est maior sapientia quam vniuersa mundi sapientia.

III. A discrimine Ecclesiæ & aliarum sectarum. Tunc vnaquæque ciuitas beata est, quando sonat suum nomen coram Deo & hominibus, hoc est, perficit vt status congruat cum appellatione. Illa igitur meminit legis, quæ meminit operis.

Conseruatio & propagatio doctrinæ ad posteritatem diem,

diem, qua stetit coram DOMINO Deo tuo in Horeb, quando DOMINVS locutus est mihi dicens, Congrega ad me populum, vt audiant sermones meos, & discant me timere omni tempore, quo viuunt in terra, doceantq; filios suos.

Et accedentes stetitis ad radices montis qui ardebat vsq; ad mediũ cœlum, erantq; in eo tenebræ, nubes & caligo, Locutusq; est DOMINVS ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audistis, & similitudinem nullam vidistis, præter vocem, & annunciauit vobis pactum suum, quod præcepit vt faceretis, nimirum decem verba, quæ scripsit in duabus tabulis lapideis, ac mihi præcepit illo tempore, vt docerem vos statuta & iura, quæ facere debere-tis in terra, quam possessuri estis.

Seruare ergo magna cura & sollicitudine animas vestras. Non enim vidistis

est præcipuus cultus Dei iuxta dictum, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Est autem seruare sermonem Dei puritatem doctrinæ retinere fide & bona conscientia, eandemque profiteri ac propagare.

Mandatum prohibens fabricationem imaginum referentium Dei si aliquam

aliquam similitudinem eo die, quo locutus est vobis DOMINVS in Horeb, de medio ignis, ne corrupti faciatis vobis imaginem similem viro aut fœminę, aut vlli iumento super terram, vel aui sub cœlo volanti, vel reptili, quod mouetur in terra, vel pisci natanti sub terra in aquis, & ne forte oculis eleuatis in cœlum videas solem & lunam & stellas, totumq; exercitum cœli, & deficiens adores ea & colas, quæ condidit DOMINVS Deus tuus, vt seruiant cunctis populis qui sub cœlo sunt.

Vos autem tulit DOMINVS, & eduxit de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populum hæreditarium,

Ecclesia est hæreditas, quam colligit filius Dei ex miserrima massa generis humani.

sicut est hodierno die. Iratusq; est DOMINVS mihi propter facta vestra adeo, vt iuraret, me non transiturum esse Iordanem, nec venturum esse in terram optimam, quam daturus est tibi, sed

bi, sed moriturum in hac terra, nec  
 transiturum Iordanem. Vos autem  
 transibitis, & possidebitis terram bo-  
 nam. Caue ne quando obliuiscaris pa-  
 cti **DOMINI** Dei tui, quod pepigit te-  
 cum, & ne facias tibi vllam imaginem,  
 sicut præcepit tibi **DOMINVS** De-  
 us tuus, **Quia Do-**  
**MINVS** Deus tuus  
 ignis consumens est,  
 Deus zelotes.

Testimonium de  
 ira Dei aduersus  
 peccatum.

Si igitur genueri-  
 tis filios ac nepotes,  
 & habitaueritis in  
 terra, & deprauati  
 feceritis vobis ali-  
 quam imaginem, vt male factis iram  
**DOMINI** Dei vestri concitetis, testes  
 inuoco hodie cœlum & terram, cito in-  
 terituros vos esse de terra, quam traie-  
 cto Iordane possessuri estis. Non diu  
 manebitis in ea, sed delebit vos **DOMI-**  
**NVS** & dissipabit inter gentes, vt sitis  
 exigui numero inter gentes, ad quas  
 vos **DOMINVS** eijciet. Ibi seruietis  
 dijs, quos hominum manus fecerunt, ex  
 ligno & lapide, qui nec vident, nec au-  
 diunt, nec comedunt, nec olfaciunt.

**IIII.** A com-  
 minatione tragica-  
 rum pœnarum, quæ  
 sunt comites ino-  
 bedientiæ.

Cum autem quæſieris ibi **D O M I N V M** Deum tuum inuenies eum, ſi modo toto corde quæſieris, & tota anima tua, cumq; in anguſtias redactus fueris, & irruerint in te hæc omnia nouiſſimis diebus, conuerteris ad **D O M I N V M** Deum tuum, &

Omnes comminationes diuinæ intelligendæ ſunt cū exceptione pœnitentiæ, quæ aut tollit aut mitigat pœnas.

audies vocem eius, Nam **D O M I N V S** Deus tuus eſt Deus miſericors, qui non deſeret nec perdet te, nec obliuiſcetur fœderis cum patribus tuis conſtituti & iuramento ſanciti.

Promiſſio propria Euangelii de gratuita remiſſione peccatorum.

Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te inde uſq; ab eo tempore,

Exaggeratio verbi & miraculorum, quæ ſunt teſtimonia patefactionis.

quo creauit Deus hominem ſuper terram, ab vno cardine cœli uſq; ad oppoſitum, An vnquam res tanta facta ſit, vel fama & auditione accepta, quod populus audierit vocem Dei loquentis de medio ignis, ſicut tu audisti, & tamen viuis, Aut an Deus tentarit aditum, vt



tum, vt tolleret sibi gentem de medio  
populi per tentationes, per signa atq;  
portenta, per pugnam & robustam ma-  
num, extentumq; brachium & per ter-  
ribilia facta, sicut hæc omnia fecit pro  
vobis DOMINVS Deus vester in Ae-  
gypto spectantibus oculis tuis?

Idco autem vidi-  
sti, vt agnosceres Finis testimonio-  
rum patefactionis.  
quod DOMINVS

ipse sit Deus, & non sit alius præter ip-  
sum solum, De cælo fecit te audire vo-  
cem suam, vt erudiret te, & super ter-  
ram ostendit tibi ignem suum maxi-  
mum, & audisti verba illius de medio  
ignis, quia dilexit patres tuos, & elegit  
semen eorū post eos.

Et eduxit te faciebus Faciebus, s. nu-  
be & columna.  
suis per robur suum

magnum ex Aegypto, vt deleret gen-  
tes maximas & fortiores te, & te in-  
troduceret & assignaret tibi terram  
earum in possessionem, sicut cernis ho-  
dierno die.

Scito ergo hodie Vbiquitas est pro-  
prieras discernens  
Deum ab omnibus  
creaturis.  
& firma assensione  
statuas, quod DO-  
MINVS ipse sit Deus

in cælo

in cœlo sursum & in terra deorsum, & non sit alius. Quod si seruaueris statuta eius atq; præcepta, quæ ego præcipio tibi hodie, bene tibi erit & filijs tuis post te, & diu superstes eris in terra, quam **DOMINVS** Deus tuus daturus est tibi perpetuo.

Tunc separauit  
Moses tres ciuitates  
trans Iordanem ad  
Orientalem plagam,

Tria asyla ad que  
confugiebant auto-  
res cædis inuolun-  
tariæ.

vt confugeret ad eas autor cædis inuoluntariæ, qui antea non odit proximum suum, & ad harum vrbiũ aliquam confugiens vitam retineret, Bezer in solitudine, quæ sita est in terra campestri de tribu Ruben, & Ramoth in Gilead, quæ est in tribu Gad, & Golan in Basan, quæ est in tribu Manasse.

Hæc est lex quam  
proposuit Moses fi-  
lijs Israël, & hæc te-  
stimoniam, statuta &

Epilogus concio-  
nis luculentæ &  
splendidæ.

iura, quæ locutus est ad filios Israël post exitum ex Aegypto trans Iordanem in valle contra domum Peor, in terra Sihon regis Amoreorum, qui habitauit in Hesbon, quem percussit Moses, &  
filij

filijs Ifraël post exitum ex Aegypto, & occuparunt terram eius, & terram Og regis Basan, duorum regum Amoreorum, qui erant trans Iordanem ad solis ortum, ab Aroer quæ sita est ad ripam torrentis Arnon, vsq; ad montem Sion, qui est mons Hermon, & omnem planitiem trans Iordanem ad Orientalem plagam vsque ad mare in planicie, & vsq; ad radices Pisga.

Hermon est pars Libani circa Damascum.

## C A P V T V.

### Argumentum.

*REPETIT in hoc capite Moyses Decalogum, cuius nulla extat melior enarratio, quam quæ in hoc ipso libro traditur. Est enim hic liber cycnea cantio Moysi repetentis totam doctrinam diuinitus traditam, quæ lege & promissione de Messia comprehenditur. Quare non modo legem senili eloquentia enarrat, sed etiam in capite 18. promissionem de Christo Ecclesie omnium temporum proponit. Post repetitionem Decalogi sequitur narratio de pauore & consternatione populi Ifraël.*

*Cum*

*Cum enim Deus in monte Sina inter tonitrua & fulgura ederet Decalogum, vniuersa multitudo, quæ erat spectatrix flammarum adeo expauit, vt diceret, Non loquatur nobis Dominus, ne moriamur. Hec narratio docet cur Decalogus tantis miraculis promulgatus sit. Vult enim Deus hanc vocem testimonium esse declarans iram & iudicium aduersus peccata totius generis humani. Vult etiam vt hac voce sonante vere expauescamus, & confugiamus ad filium mediatorem, qui ideo donatus est, vt sit finis legis, hoc est, vt liberet nos à maledictione legis.*

## T E X T V S.

**E**T vocauit Moses totum Israël & dixit ad eum, Audi Israël statuta & iura, quæ ego loquor hodie vobis audientibus, Discite ea & seruate vt faciatis. **DOMINVS** Deus noster constituit nobiscum fœdus in Horeb, nec cum patribus nostris tale fœdus constituit, sed nobiscum, qui hîc sumus hodie & viuimus. Facie ad faciem locutus est vobiscum in monte de medio ignis. Ego steti inter **DOMINVM** Moses mediator & vos illo tempore, typicus.

vt an-

vt annunciarem vobis verbum DOMINI. Timuistis enim ignem, & non ascendistis in montem, Et ait:

Ego sum DOMINVS Deus tuus, qui  
 Repetitio Decalogi.

eduxite de terra Aegypti, de domo seruitutis, Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, aut vllam similitudinem omnium, quæ in cælo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra. Non adorabis ea neq; coles. Ego enim sum DOMINVS Deus tuus Deus zelotes visitans iniquitatem patrum in filijs, in tertia & quarta generatione eorum, qui oderunt me, & faciens misericordiam in multis millibus qui diligunt me & observant præcepta mea.

Non abuteris nomine DOMINI Dei tui. Non enim pœnam effugiet, qui nomine ipsius abusus fuerit.

Observa diem Sabbati, vt sanctifices eum, sicut præcepit tibi DOMINVS Deus tuus. Sex diebus operaberis & facies

Hæc lex non præcipit otium simpliciter, sed præcipit sancta opera, quæ ministerio verbi dei conducunt, & prohibet alias externas omnia



omnia opera tua. operas, quæ impediunt ministerium. Septimo autem die est Sabbatum DOMINI Dei tui. Non facies vllum opus in eo, tu & filius tuus & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, bos tuus, & asinus tuus, & omne iumentum tuum, & peregrinus qui est intra portas tuas, vt requiescat seruus & ancilla tua, sicut tu. Memento quod & ipse seruieris in Aegypto, & eduxerit inde te DOMINVS Deus tuus manu forti & brachio extento. Ideo præcepit tibi vt obseruares diem Sabbati.

Honora patrẽ tuum & matrem tuam, Secunda tabula. sicut præcepit tibi DOMINVS Deus tuus, vt longo viuas tempore, & bene sit tibi super terram, quam DOMINVS Deus tuus daturus est tibi.

Non occides.

Non mœchaberis.

Non furtum facies.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

Non concupisces vxorẽ proximi tui.

Non concupisces domum proximi tui, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Hæc

Hæc verba locutus est **DOMINVS** ad totam congregationem vestram in monte de medio ignis & nubis & caliginis, voce magna, nihil addens amplius, & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, & tradidit mihi.

Vos autem postquam audiuiſtis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum & maiores natu, atq; dixistis, Ecce ostendit nobis **DOMINVS** Deus noster gloriam & maiestatem suam. Vocem enim eius audiui- mus de medio ignis, & vidimus hodie, quod loquente Deo cum hominibus illi tamen viuant. Cur ergo moriemur & deuorabit nos ignis hic maximus. Si enim deinceps audierimus vocem **DOMINI** Dei nostri, moriemur. Quid est enim omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis de medio ignis sonantem, sicut nos audiui- mus, & possit viuere? Tu propius accede, & audi cuncta quæ dixerit **DOMINVS** Deus noster, loquerisq; ad nos, & quicquid **DOMINVS** tibi in mandatis dederit, id non solum audiemus, sed etiam faciemus.

Quod cum audisset **DOMINVS**, ait  
 D ad me,

ad me, Audiui verba populi huius, quæ tibi locuti sunt. Bene omnia sunt locuti. Vtinam cor eorum tale sit, vt timeant me & custodiant vniuersa præcepta mea omni tempore, vt bene sit eis, & filijs eorum in sempiternum. Vade & dic eis, Reuertimini in tabernacula vestra. Tu vero hîc sta mecum, & exponam tibi omnia præcepta, statuta & iura mea, quæ docebis eos, vt faciant ea in terra, quam dabo illis in possessionem.

Seruare igitur & facite quæ præcepit DOMINVS Deus vester vobis. Non declinabitis neq; ad dextram, neq; ad sinistram, sed in via quam præcepit DOMINVS Deus vester ambulabitis, vt viuatis & bene sit vobis, & diu superstites sitis in terra quã occupaturi estis.

## CAPVT VI.

Argumentum.

*PRÆCIPVVS huius capituli locus est præceptum de assidua meditatione Decalogi. Sunt autem quatuor causæ, propter quas sapientia Decalogi sæpe multumq; cogitanda est.*  
*Prima,*

*Prima, ut sit norma rectorix vita. Altera, ut sit speculum peccati. Tertia, ut quaramus mediatorem, qui pro nobis implet legem. Quarta, ut petamus in nobis restitui conformitatem cum lege, videlicet ardentem & perfectam dilectionem Dei & proximi sine ulla vitiosa concupiscentia.*

TEXTVS.

**H**AEC sunt præcepta & statuta & iura, quæ præcepit DOMINVS Deus vester, vt discatis & faciatis ea in terra ad quam occupandam profectio- nem suscipitis, vt timeas DOMINVM Deum tuum, & ser- ues omnia statuta & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi, tu & filij ac nepotes tui toto tempore vitæ tuæ, vt diu sitis su- perstites. Audi Israël vt serues & faci- as, & bene sit tibi, & multipliceris val- de, sicut promisit DOMINVS Deus pa- trum tuorum tibi terram lacte & mel- le manantem.

Enarratio primi præcepti.

Supra dixit de agnitione veri Dei. Nunc concionatur de timore, de dilectione & cæteris affectibus, qui comitantur agnitionem Dei.



Audi Israël **DOMINVS** Deus noster  
**DOMINVS** vnus est.  
 Diliges **DOMINVM**  
 Deum tuum, toto  
 corde tuo, tota ani-  
 ma tua & omnibus  
 viribus tuis.

adiunctos esse, & secum congruere. Imo vult nos sua templa esse, nobis sese communicare, & in nobis suam sapientiam & iusticiam lucere. Simul etiam vult omnes copulatos esse in ipso, congruere omnes ad ipsum, vt sit consentiens veritas & iusticia in omnibus. Hæc est summa doctrinæ legis. Manifestum est autem hanc miseram naturam non obtemperare legi Dei. Quare filius Dei venit, vt destruat opera Diaboli, & restituat veritatem & dilectionem Dei & proximi in nobis, & hoc nominatim petit effici ab æterno patre, vt vnum simus in ipso.

Eruntq; verba hæc quæ præcipio tibi hodie in corde tuo, & acues ea filijs tuis, & loqueris de eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, cum is cubitum & cum è lecto surgis, & alligabis ea manui tuæ quasi signum, eruntq; memoriale

Testimonium de vnitæte essentix diuinæ.

Tota lex præcipit de dilectione Dei & proximi. Quia Deus ita condidit genus humanum, & vult nos sibi tanquam capiti

Acues, id est, non trades tecta squalore, vel non negligenter trades, sed limata & illustrata propones, re- petes, seuere exiges disciplinam.

inter



inter oculos tuos, & inscribes ea postibus domus tuæ & portis.

Cum ergo introduxerit te **DOMINVS** Deus tuus in terram, quam iuramento promisit patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob, & dederit tibi civitates magnas & bonas, quas non ædificasti, & domos omnibus bonis repletas, quas non impleuisti, & cisternas effossas quas tu non fodisti, deniq; vineta & oliueta, quæ tu non plantasti, & comederis & saturatus fueris: diligenter caue, ne ob-

liuiscaris **DOMINI** qui eduxit te ex Aegypto, ex domo seruitutis. **DOMINVM** Deum tuum timebis, & illi seruias, ac per nomen eius iurabis. Nolite sequi deos alienos vllarum gentium quæ in circuitu vestro sunt, quoniam

**DOMINVS** Deus tuus est Deus zelotes in medio tui, ne quando exardescat ira **DOMINI** Dei tui contra te & auferat te de terra.

Ingrati post acceptum beneficium negligunt opitulatores, a quibus adiuti sunt. Necessaria est igitur hæc commonefactio de gratitudine erga Deum.

Verum iuramentum est opus suo genere bonum, & a Deo ordinatum & concessum.

Non tentabitis Tentare Deum  
 DOMINVM Deum est negare aut cor-  
 vestrum, sicut tenta- rigere ordinationē  
 stis in Massa. Serua- diuinam fiducia pro-  
 te præcepta DOMI- priæ sapientiæ.

NI Dei vestri ac testimonia & statuta  
 quæ præcepit tibi, vt facias quod re-  
 ctum & bonum est in conspectu DO-  
 MINI, vt bene sit tibi, & ingressus pos-  
 sideas terram optimam, quam iura-  
 mento promisit DOMINVS patribus  
 tuis, vt pellat omnes inimicos tuos co-  
 ram te, sicut locutus est.

Cum ergo interrogauerit te filius  
 tuus cras dicens, Quid sibi volunt te-  
 stimonia hæc & statuta atq; iura quæ  
 præcepit DOMINVS Deus noster vo-  
 bis? Respondebis ei, Serui eramus  
 Pharaonis in Aegypto, & eduxit nos  
 DOMINVS de Aegypto manu forti,  
 fecitq; signa atq; prodigia magna &  
 mala in Aegypto contra Pharaonem  
 & totam illius domum in conspectu  
 nostro, & eduxit nos inde, vt introdu-  
 ctis daret terram iuramento promissam  
 patribus nostris. Præcepitque nobis  
 DOMINVS, vt faciamus omnia statu-  
 ta hæc, & timeamus DOMINVM Deum  
 nostrum,

nostrum, vt bene sit nobis cunctis die-  
bus vitæ nostræ, sicut est hodie, Eritq;  
iusticia nostra, si  
feruauerimus & fe-  
cerimus omnia præ-  
cepta hæc coram  
DOMINO Deo no-  
stro, sicut præcepit  
nobis.

Iusticia legis est  
facere legem, hoc  
est, præstare perfe-  
ctam obedientiam  
iuxta legem sine vl-  
la vitiosa concupi-  
scentia.

Iusticia, de qua  
concionatur Euangelium, est credere in filium  
Dei.

## CAPVT VII.

### Argumentum.

VERISSIMUM est vetus dictum, Vi-  
tare occasiones peccandi est vitare ipsa pecca-  
ta. Ut igitur Israëlita vitarent omnes occa-  
siones idolatria, Deus seuerissime prohibet  
fœdera & coniugia, quæ cum idolorum cultoribus  
constituuntur. Nam impliciti fœderibus  
coguntur sequi alienos furores. Deinde  
exempla Salomonis & Achab ostendunt  
quantum periculi sit in coniugio, in quo ma-  
ritus & vxor diuersas habent de religione  
opiniones. Etsi enim Paulus 1. Cor. 7. non  
vult fieri duortium propter dissimilitudinem  
iudiciorum de rebus diuinis: tamen experi-

*entia testatur pias mentes sepe ledi contagione prauorum exemplorum. Iubet etiam euer-ti statuas, quia constat cultum idolorum cum-mulatum esse statuis.*

## T E X T V S.

**C**V M vero introduxerit te **D O M I N V S** Deus tuus in terram, in quam ingredieris, vt possideas eam, & deleuerit gentes multas coram te, Hitheum, & Girgoseum, & Amoreum, & Chananeum, & Pheriseum, & Hiueum & Iebuseum, septem gentes, quæ maiores & potentiores sunt quam tu, & tradiderit eas **D O M I N V S** Deus tuus tibi, vt percutias eas, anathemate feries eas, nec fœdus cum eis constitues, nec vllam benevolentia significationem eis ostendes, nec affinitatem cum eis iunges. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo, quia inclinabit filium tuum ad defectionem, vt me posthabito colat deos alienos. Et exardescet ira **D O M I N I** contra te, vt cito te deleat.

Prohibet habere coniugem manentem in professione impia.

Sed



Sed hæc facietis eis, Aras eorum euercite, & statuas confringite, & lucos succidite, & sculptilia comburite, quia populus sanctus es DOMINO Deo tuo. Te elegit D o-

MINVS Deus tuus, Electio excludit meritum nostrum. vt sis ei populus pe-

culiaris præ omnibus populis, qui sunt super terram, non quod cunctas gentes numero vinceretis, acceptauit vos DOMINVS & elegit, quia es minimus ex omnibus populis, sed quia dilexit vos DOMINVS, & vt satisfaceret iuramento quo se patribus vestris obligauit. Ideo eduxit vos manu forti, & redemit de domo seruitutis, de manu Pharaonis regis Aegypti.

Scias igitur quod Deus optima fide præstat pmissa. DOMINVS Deus tuus fit Deus verax,

seruans pactum & misericordiam diligentibus ipsum, & his qui seruant præcepta eius, in mille generationes, & reddens hostibus suis in conspectu suo, vt deleat eos, nec lento gradu ad vindictam procedit, sed properat ad pœnam eorum, qui odio ipsius ardent.

Quare seruabis præcepta & statuta & iura,



iura, quæ ego præcipio tibi hodie.

Quod si audientes  
hæc iura, seruabitis  
& facietis ea, serua-

Promissiones ad-  
ditæ legi.

bit etiam **DOMINVS** Deus tuus tibi  
pactum & misericordiam, quam iura-  
mento promisit patribus tuis, & dili-  
get te, & benedicet

te & multiplicabit,  
benedicetq; fructui  
ventris tui, & fructui  
terræ tuæ, frumento  
tuo atq; musto, & o-  
leo, fructib. iumen-  
torum & ouium tua-

Benedicere aut  
significat gratias a-  
gere, aut bona præ-  
cari, aut cum Deus  
benedicit, significat  
benefacere, quia  
Deus dicendo effi-  
cit.

rum in terra quam iuramento patrib.  
tuis confirmauit se tibi daturum esse.

Benedictus eris præ omnibus popu-  
lis. Non erit apud te quicquam sterile  
tam in hominibus quam in iumentis  
tuis. Auferet **DOMINVS** à te omnem  
morbum, & contagium Aegypti pessi-  
mum quod nouisti, non imponet tibi,  
sed cunctis hostibus tuis. Deuorabis  
omnes populos, quos **DOMINVS** De-  
us tuus tibi tradet, Non parces eis,  
nec coles deos eorum, ne sint tibi ten-  
dacula.

Si au-

Si autem dixeris in corde tuo, Plures sunt gētes istæ, quam ego, quomodo potero eijcere eas? Noli metuere eas, sed recordare quæ fecerit **DOMINVS** Deus tuus Pharaoni & cunctis Aegyptijs per maximas tentationes, quas viderunt oculi tui, & signa atq; portenta manumq; robustam & extentum brachium, vt educeret te **DOMINVS** Deus tuus. Sic faciet cunctis populis quos metuis.

Consolatio sum-  
ta a priori benefi-  
cio.

Præterea crabrones immittet **DOMINVS** Deus tuus in eos, donec perdat eos, qui reliqui fuerint, & absconderint se coram te.

Non timeas eos, quia **DOMINVS** Deus tuus in medio tui est, Deus magnus & terribilis. Ipse exterminabit gentes istas coram te paulatim.

Cōsolatio a præ-  
sentia Dei in Ec-  
clesia.

Huius loci dulcis allegoria extat apud Bernardum in sermone de cœna Domini: Licet dānationem concupiscentiæ abstulerit: tamen ad humiliandos nos ipsam concupiscentiam patitur viuere in nobis, & grauitè affligere nos, vt sentiamus quid nobis gratia præstet, & semper ad illius auxilium recurramus.

Non po-

Non poteris eas delere subito, ne forte contra te multiplicentur bestiarum agri, dabitque eos DOMINVS Deus tuus in conspectu tuo, & interficiet eos magna clade, donec funditus deleantur, tradetque reges eorum in manus tuas, & delebis nomina eorum sub caelo, Nemo poterit resistere tibi, donec deleueris eos.

Sculptilia deorum ipsorum igne combures, Non expetes argentum vel aurum, quod in eis est, neque inde tibi quicquam sumes, ne capiaris, quia est res quam abominatur Do-

MINVS Deus tuus. Non importabis abominationem in domum tuam, ne fias anathema quale illud est, sed execraberis et abominaberis illud, quia anathema est.

Usitata figura est Ebraeis idolum vocare abominationem, id est, rem quam Deus execratur & damnat, & execratur ac damnat ideo, quia ei falso tribuitur honor Deo debitus.

## CAPVT VIII.

Argumentum.

COMMORATUR *Moses in enarratione*

zione primi præcepti, cuius præcipua virtus est fides, quam nec prospera fortuna flatu suo effert, nec aduersa infringit, ut in versibus Prosperi dicitur: *(frangunt,*

*Namq; pios nec blanda instant nec aspera Sed fidei inuicta gaudia vera iuuant.*

*Versatur ergo fides inter duo extrema, quorum alterum est insolentia in rebus secundis, alterum impatientia in aduersis.*

T E X T V S.

**O**Mne præceptum quod ego præcipio tibi hodie, seruabitis & facietis, ut uiuatis & multiplicemini, ingressiq; possideatis terram, quam **D O M I N V S** iuramento promisit patribus vestris. Et recordaberis vniuersi itineris, per quod duxit te **D O M I N V S** Deus tuus quadraginta annis per desertum, ut humiliaret te atq; tentaret, & latebræ cordis tui patefierent, vtrum seruares præcepta illius an non? Humiliauit te, & permisit te fame laborare, & pa-

Non omnes calamitates sunt peccatorum certorum delictorum, sed quædam sunt *doctrinae* discernentes veram pietatem ab hypocrisis.

uit te

uit te manna, quod tibi & patribus tuis ignotum fuit, vt ostenderet tibi, quod non in solo pane viuit homo, sed in omni ( verbo ) quod egreditur ex ore D O M I N I.

Vestimentum tuum non consumtum est vetustate, & pes tuus non intumuit his quadraginta annis. Agnoscis igitur in corde tuo, quod non aliter D O M I N V S

Deus tuus te erudierit quàm filium suum homo erudire solet.

Alius finis afflictionum, vt agnoscat Ecclesia se non sustentari & defendi ope & praesidio causarum secundarum, sed habere nutritium & cultorem Deum.

Sicut blandus pater tenellos filios tractat. Sic Deus paterne nos gubernat.

Serua igitur praecipua D O M I N I Dei tui, vt ambules in vijs eius, & timeas eum, Nam D O M I N V S Deus tuus introducet te in terram bonam, in qua sunt riui & fontes & stagna, quae fluunt in montibus & vallibus, terram dico, in qua sunt triticum, hordeum, vites, ficus, mala punica, oleum & mel, & in qua sine vlla penuria comedes panem tuum, & omnium rerum abundantia afflues, cuius lapides ferrum sunt, & vbi



& vbi ex montib. æs effodies. Cum ergo comederis & satur fueris, gratias ages DOMINO Deo tuo pro terra optima, quam tibi dedit.

Luxuriant animi reb. plarunq; secundis, Nec facile est æqua commodamente pati. Monet igitur, vt in rebus secundis simus grati erga Deum, ne desinat se & sua bona nobis communicare.

Caue igitur ne vquam te capiat obliuio DOMINI Dei tui, quod tum fiet cum non custodieris præcepta, iudicia & statuta eius, quæ ego præcipio tibi hodie. Caue inquam, ne cum comederis & satur fueris, & pulchras domos extruxeris atq; incolueris, & boues tui ouesq; tuæ multiplicatæ fuerint, atq; argenti & auri tui copia creuerit, & omnes facultates tuæ auctæ fuerint, ne propterea cor tuum extollatur, & obliuiscaris DOMINI Dei tui, qui te eduxit ex Aegypto, ex domo seruitutis, & ductor tuus fuit in solitudine magna atq; terribili, in qua erat serpens vrens & scorpis ac ficitas omnis aquæ expers, qui eduxit tibi rinos de

Cor humanum sine gratia in secundis rebus tumidum est, in aduersis timidum.

uos de petra durissima, & paut te  
 manna in solitudine, quod patribus  
 tuis ignotum fuit, vt humiliaret & ten-  
 taret te, & postea tibi beneficeret, ne  
 diceres in corde tuo, fortitudo mea &  
 robur manus meæ præstiterunt mihi  
 hanc copiam, sed re-  
 recorderis **DOMINI**  
 Dei tui, qui vires ti-  
 bi suppeditauit ad  
 res magnas geren-  
 das, vt satisfaceret  
 pacto, quod patribus  
 tuis iuramento con-  
 firmavit, sicut hodie  
 se res habet.

Si autem oblitus  
**DOMINI** Dei tui  
 fecutus fueris deos  
 alienos, & colueris  
 atq; adoraueris illos, Ecce nunc testifi-  
 cor vobis, quod perituri sitis, sicut gen-  
 tes quas delebit **DOMINVS** in conspe-  
 ctu vestro, ita & vos peribitis, eo quod  
 inobedientes fueritis voci **DOMINI**  
 Dei vestri.

Augustinus lib.  
 22. de C. Dei. cap.  
 23. Nec de viribus  
 nostris speretur fa-  
 cienda victoria, vel  
 viribus nostris fa-  
 cta tribuatur, sed  
 eius gratiæ, de quo  
 ait apostolus, Gra-  
 tia sit Deo, qui dat  
 nobis victoriam per  
 Dominum nostrum  
 Iesum Christum.  
 Item, Vincimus  
 per eum qui dilexit  
 nos.

## CAPVT IX.

Argu-

## Argumentum.

REFUTATUR in hoc capite pharisaica superbia, quae est fiducia & admiratio propriae iustitiae & sanctitatis. Sunt autem tria argumenta quibus Moses falsam persuasionem de propria iusticia taxat. Primum sumitur à persona hostium. Non propter tuam iusticiam Deus te collocavit in sede atq; regione Canaan, sed incolas terre propter idola & tetras libidines ex agro atq; sinibus suis exterminavit. Alterum ducitur à persona Dei. Deus iuravit se daturum posteris Abrahæ domicilium ad Iordanem, cum nondum nati essent. Ergo nullis meritis posteritatis permotus est ad dandam possessionem terre Chanaan. Tertium argumentum sumtum est à persona populi. Tu semper fuisti populus durae cervicis & rebellis adversus Dominum. Ergo nihil loci relictum est fiducia & admirationi propriae iusticiae. Quae cum ita sint fateamur nos indignos esse beneficijs Dei, & omnia sine exceptione referamus misericordiae Domini accepta, ut Ieremias inquit, Misericordiae Domini quod non consumti sumus, & Iacob, Minor sum cunctis miserationibus tuis.

## TEXTVS.

**A**Vdi Israël, Tu transibis hodie Iordanem, vt ingrediaris ad occupandas gentes maiores & potentiores te, ciuitates magnas, quarum muri cœlum attingunt, populum magnum & excellæ staturæ, filios Enakim, quos ipse vidisti, & de quibus audiuisti, quod eis nemo resistere possit. Scias ergo hodie, quod **DOMINVS** Deus tuus ipse transibit ante te, ignis deuorans, & delebit eos, & subijciet ante te, & eijciet ac perdet eos subito, sicut locutus est tibi.

Osee 1. Saluabo eos non in arcu & gladio, sed in Domino Deo suo. Nō enim habet Ecclesia defensorem certum nisi filiū Dei.

Cum igitur expulerit eos **DOMINVS** Deus tuus in conspectu tuo, nequaquam dices in corde tuo, Propter iusticiam meam introduxit me **DOMINVS**, vt terram hanc possiderem, cum **DOMINVS** istas gentes expulerit ante te propter impietatem ipsarum. Non enim propter iusticiam tuam & rectitudinem cordis tui ingredieris, vt possideas terram earum, sed quia illæ impie ege-

pie egerunt, expulit eas **D O M I N V S** Deus tuus ante te, & vt confirmaret verbum suum, quod iuramento obligatam tradidit patrib. tuis Abraham, Isaac & Iacob.

Scito ergo quod non propter iusticiam tuam **D O M I N V S** Deus tuus dederit tibi terram hanc bonam in possessionem, cum durissimæ cervicis populus sis. Recordare enim nec obliuiscaris, quomodo ad iracundiam provocaueris **D O M I N V M** Deum tuum in solitudine. Nam inde vsq; ab eo die, quo egressus es ex Aegypto donec ad locum istum venisti, inobedientes **D O M I N O** fuistis. Etenim in Horeb sic irritastis **D O M I N V M**, vt ira permotus voluerit vos delere, quando ascendi in montem, vt acciperem duas tabulas lapideas fœderis, quod fecit vobiscum Deus, & commoratus sum in monte quadraginta diebus ac noctibus panem non comedens & quam non bibens, deditq; mihi **D O M I N V S** duas tabulas lapideas scriptas digito Dei & continentes omnia verba, quæ vobis locutus est **D O M I N V S** in monte de medio ignis in die congregationis.



Post dies vero quadraginta & totidem noctes dedit mihi D O M I N V S duas tabulas lapideas fœderis , Dixitq; mihi, Surge & descende hinc cito, quia populus tuus quem eduxisti ex Aegypto atrociter deliquit, cito discesserunt à via quam præcepi eis, feceruntq; sibi fufum ( vitulum. ) Rursumq; ait D O M I N V S ad me, Video hunc populum esse duræ ceruicis, sine me vt perdam eos, & deleam nomen eorum sub cœlo, Ex te faciam gentem maiorem & potentio rem quàm hic est.

Et cum verterem me descendens de monte, qui ardebat, & haberem in manu mea duas tabulas fœderis, videbam, & ecce peccaueratis D O M I N O Deo vestro, & feceratis vobis vitulum fufum, ac discesseratis cito à via, quam vobis præceperat D O M I N V S, Et apprehendi duas illas tabulas, & eieci eas ex manibus meis, confregiq; eas in conspectu vestro, & procubui ante D O M I N V M sicut antea quadraginta diebus & noctibus panem non comedens & aquam non bibens propter omnia peccata vestra, quæ à vobis commissa erant cum fecissetis hoc malū coram D O M I N O, vt ipsum

vt ipsum irritaretis. Timui enim indignationem & iram, qua aduersus vos concitatus D O M I N V S delere vos voluit, & exaudiuit me D O M I N V S etiam hac vice.

Aduersus Aharon quoque vehementer iratus, voluit eum delere, & pro illo similiter deprecatus sum in tempore illo.

Hic locus testatur reconciliatos posse labi, & rursus amittere Spiritum sanctum, gratiam & fidem, & Deū horribiliter irasci lapsibus sanctorum.

Peccatum autem vestrum quod feceratis, videlicet vitulum arreptum igne combusti, & fractum ac comminutum in puluerem abiecti in torrentem, qui ex monte defluit.

Præterea in Thabera & Massa & sepulchris concupiscentiæ irritastis D O M I N V M, & quando misit vos de Cades Barnea dicens, Ascendite & occupate terram quam dedi vobis, inobedientes fuistis ori D O M I N I Dei vestri, & non credidistis ei, neque voci eius obtemperare voluistis. Semper enim fuistis contumaces contra D O M I N V M inde usque ab eo tempore quo vos nouisse cœpi.

Et iacui prostratus coram D O M I N O quadraginta diebus & noctibus, Nam

DOMINVS denunciauerat vobis vni-  
 versalem interitum. Ego autem ora-  
 bam DOMINVM di-  
 cens, DOMINE ne  
 perdas populum tu-  
 um & hæreditatē tu-  
 am, quam redemisti  
 magna potentia tua,  
 & quam eduxisti ex  
 Aegypto manu vali-  
 da. Recordare ser-  
 uorum tuorū Abra-  
 ham, Isaac & Iacob.  
 Ne respicias ad du-  
 riciem & impietatem atq; peccatum  
 populi huius, ne forte dicat terra, ex  
 qua nos eduxisti, Non poterat DOMI-  
 NVS introducere eos in terram, quam  
 promisit eis, & oderat illos, iccirco e-  
 duxit, vt interficeret illos in solitudine.  
 Sunt enim populus tuus & hæditas  
 tua, quam eduxisti fortitudine tua ma-  
 gna & brachio tuo extento.

*Precatio Moyſi  
 ardētiffima, in qua  
 vrget duas cauſas,  
 impulſuam & fina-  
 lem. Impulſiua eſt  
 pmiſſio tradita pa-  
 tribus. Finalis eſt  
 gloria Dei: Ita nos  
 inter precandū vr-  
 geamus veritatem  
 promiſſionum diui-  
 narum, & petamus  
 vt Deus habeat ra-  
 tionem ſuæ gloriæ.*

## CAPVT X.

Argumentum.

IN HOC

*IN HOC capite obseruetur descriptio Dei, quæ & doctrinam grauissimam & gratissimam consolationem proponit. Vult enim Deus agnosci per certas proprietates & discerni ab omnibus commentitijs numinibus, quia non possumus eum oculis cernere, aut brachijs complecti. In omni igitur inuocatione non modo cogites quis sit verus Deus, sed etiam qualis sit, vt discernatur ab omnibus creaturis & naturis immundis. Deinde statuas Deum esse æqualem sine ἰσοπαροῦντα, & facere iudicium pupillo & vidue, & bene affectum esse erga peregrinum, vt tribuas ei laudem æqualitatis erga omnes confugientes ad filium mediatorem, & beneficentiæ, quæ miseris personas, cuiusmodi sunt, pupilli, vidue & peregrini, complectitur. Hanc consolationem necessariam esse Ecclesiæ, quæ vere est in mundo orphana, vidua & peregrina, omnes pijs intelligunt.*

## TEXTVS.

**I**Llo tempore dixit DOMINVS ad me, Sculpe tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & ascende ad me in montem, & fac arcam ligneam, & scribam super eas verba, quæ fuerunt in

tabulis prioribus quas fregisti, & repones eas in arca.

Feci igitur arcam de lignis Sittim, cumq; sculpissem duas tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montem habens eas in manibus meis.

Arca imago Ecclesie, Exodi 25.

Scriptisq; in tabulis cōgruentia cum priore scriptura, verba scilicet decem; quæ locutus fuerat DOMINVS ad vos in monte de medio ignis in die congregationis & tradidit eas mihi. Reuersusq; de monte descendi, & reposui tabulas in arcam, quam feceram, vt ibi essent, sicut mihi præcepit DOMINVS.

Filij autem Israël profecti sunt ex Beroth Bnelakan in Moser, vbi Aaron mortuus & sepultus est, cui successit in sacerdotio filius eius Eleazar. Inde venerunt in Gudegoda, & hinc in Iathabath in terram in qua sunt riui aquarum. Eo tempore separauit DOMINVS tribum Leui, vt

portaret arcam fœderis DOMINI, & staret coram eo fungens ministerio & laudaret nomen DOMINI ad hunc vsq; diem.

Christus gestat arcam fœderis, id est, Ecclesiam merito & efficacia.

Quamobrem  
Leui



Leui non habebit partem & hæredita-  
tem cum fratrib. suis,  
quia ipse D O M I N V S  
hæreditas eius est, si-  
cut promisit ei D O -  
M I N V S Deus tuus.

Cōsolatio neces-  
saria ministris Eu-  
angelii, in qua De-  
us affirmat se fore  
hæreditarē docen-  
tium & discentiū.

Ego autem steti in  
monte sicut antea, quadraginta diebus  
ac totidem noctibus, & exaudiuit me  
D O M I N V S etiam hac vice, & noluit te  
perdere. Dixitq; mihi, Surge & vade,  
& antecede populum meum, vt ingressi  
occupent terram, quam iuravi patri-  
bus eorum, vt traderem eis.

Et nunc Israël,  
quid postulat D o -  
M I N V S Deus tuus

Enarratio primi  
præcepti.

à te? nisi vt timeas. D O M I N V M De-  
um tuum, & ambules in omnibus vijs  
eius, & diligas eum, ac seruias D O M I -  
N O Deo tuo, toto corde tuo, & tota  
anima tua, vt serues præcepta D O M I -  
N I & statuta eius, quæ ego hodie præ-  
cipio tibi, vt bene fit tibi. Ecce D O -  
M I N I Dei tui est cœlum, & cœli cœlo-  
rum, terra & omnia quæ in ea sunt, Et  
tamen erga patres tuos ita affectus fuit  
solum, vt amaret eos, & eligeret semen

eorum post eos, vos inquam, præ omnibus populis, sicut hodie se res habet.

Circumcidite igitur præputium cordis vestri, & cervicem vestram nolite deinceps indurare,

quia **DOMINVS** Deus vester est Deus deorum, & **DOMINVS** dominantium, Deus magnus & potens & terribilis, qui personam non respicit, nec munera accipit, & facit iudicium pupillo & viduæ, & diligit peregrinum, vt det ei panem & vestimentum. Ideo & vos amate peregrinos, quia ipsi quoque fuistis peregrini in Aegypto.

**DOMINVM** Deum tuum timebis & ei seruias, Ipsi adhærebis, & iurabis per nomen eius. Ipse est laus tua & Deus tuus, qui fecit tibi magna & terribilia, quæ viderunt oculi tui. Cum septuaginta animabus descenderunt patres tui in

Præputium nominat naturam immundam & ream habentem peccatū originis.

Cum dicitur, Apud Deum non est acceptio personarum, tribuitur ei laus iusticiæ & æqualitatis, qua irascitur peccato in omnib. hominibus, & recipit omnes ad mediatorem confurgentes.

Aut sumus, aut fuimus, aut possumus esse quod hic est.

tui in Aegyptum. Et ecce nunc multiplicauit te DOMINVS Deus tuus, sicut stellas cœli.

## CAPVT XI.

Argumentum.

*Hoc CAPVT est Epilogus quidam superiorum concionum, quæ luculentam enarrationem primi præcepti continent. Addit autem superioribus appendicem promissionum & comminationum. Nam spes premiorum inuitat bonos ad studium recte faciendi, & metus pœnarum improbos à maleficijs deterret. Notum est autem & promissiones legales cum exceptione castigationis & crucis, & comminationes cum exceptione pœnitentiæ intelligendas esse.*

## TEXTVS.

**A**Ma itaq; **D**ominum Deum tuum & obserua legem & statuta & iura atq; præcepta eius omni tempore. Cognoscite hodie, quæ filij vestri ignorant, nec viderunt, casti-

Dilectio Dei est  
facere mandata eius, 1. Ioannis 5.

castigationem DOMINI Dei vestri,  
maiestatem eius, & validam manum  
extentumq; brachium, signa & opera,  
quæ fecit in Aegy-  
pto, Pharaoni regi

Interitus Pharaonis  
in mari rubro.

Aegyptio, & vniuer-  
sæ terræ eius, omniq; exercitui Aegy-  
ptiorum, & equis ac curribus eius, quo-  
modo suffocauerit eos aquis maris ru-  
bri, cum vos persequerentur, & dele-  
uerit eos DOMINVS ad hunc vsq; di-  
em, & quæ vobis fecerit in solitudine,  
donec veniretis ad hunc locum, & quæ  
fecerit Dathan atq;

Abiram, filijs Eliab,  
qui fuit filius Ruben,  
quos terra hiatu suo

Tragicus interi-  
tus seditiosæ mult-  
tudinis.

absorpsit, cum familijs & tabernaculis,  
& omnibus facultatibus, quas compa-  
rauerant in medio Israël.

Nam oculi vestri viderunt omnia  
opera DOMINI magna, quæ fecit.  
Ideo seruabitis omnia præcepta illius,  
quæ ego hodie præcipio vobis, vt ro-  
bore armati ingrediamini & occupa-  
tis terram, & longo tempore in eo vi-  
uatis, quam iurauit DOMINVS se pa-  
tribus vestris daturum esse, & semini  
eorum,

eorum, terram lacte & melle manantem.

Nam terra ad quā occupandam ingrederis, non est similis Aegypto, ex qua egressi estis, vbi semen spargebas, idq; aquis magno negotio rigabas, sicut hortum in quo olea crescunt, sed montibus & vallibus distincta est, quam pluvia humectat, &

Discrimen terræ promissæ & Aegypti. Aegyptum Nilus irrigat. Terram Canaan pluvia humectat.

quam **D O M I N U S** Deus tuus semper curat, & in quam oculi **D O M I N I** Dei tui defixi sunt à principio anni vsq; ad finem.

Illuſtre testimonium de prouidentia Dei opponendum Epicureæ imaginationi, quæ fingit casu accidere bona & mala.

Si ergo obedieritis præceptis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diligatis **D O M I N U M** Deum vestrum, & seruiatis ei toto corde vestro, & tota anima vestra, dabo terræ vestræ pluuiam tempestiuam, matutinam & vespertinam, vt colligatis frumentum, mustum & oleum, & dabo iumentis tuis in campo fænum, vt comedatis ac saturemini.

Cauete ne cor vestrum persuadeatur vt de-



vt deficiatis, & seruiatis dijs alienis & adoretis eos, & exardescens ira DOMINI contra vos claudat cœlum, & pluuiæ non descendant, & terra non det fructum suum, & pereatis cito in terra bona, quam DOMINVS daturus est vobis.

Reponite ergo verba mea in cordibus & animabus vestris, & alligate ea quasi si-

gnum manibus vestris, & sint memoriale inter oculos vestros, Docete ea filios vestros, & loquere de eis cum sederis in domo tua,

& ambulaueris in via, cum iueris cubitum, & è lecto surrexeris, & inscribes

ea foribus domus tuæ & portis, vt tu & liberi tui diu sitis superstites in terra, quam iurauit DOMINVS se daturum esse patribus vestris, donec erunt dies è cœlo super terram.

Si enim custodieritis omnia præcepta, quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis DOMINVM Deum vestrum, & ambuletis in omnibus vijs eius,

Verbum Dei habiter in vobis abunde cum omni sapientia, Coloss. 3.

Bernard. in Cantica sermone 32. Felix mens, cui verbum indiuiduus comes.

eius, & adhærebitis ei, expellet DOMINVS omnes gentes istas ante faciem vestram, vt occupetis gentes quæ maiores sunt & potentiores quàm vos. Omnis locus quem pes vester calcauerit, veniet in vestram potestatem, à deserto & Libano & flumine Phrath vsq; ad mare vltimè erunt termini vestri. Nemo resistet vobis. Terrorem & pauorè nominis vestri incutiet DOMINVS vniuersæ terræ, quam conculcaturi estis, sicut locutus est vobis.

Termini terræ sanctæ:  
 Ab Ortu Euphrates: Ab Occasum: Ab Septentrione Libanus: Ab Austro Desertum Kades.

Ecce propono vobis hodie benedictionem & maledictionem, Benedictionem si obedieritis præceptis DOMINI Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis. Maledictionem, si non obedieritis præceptis DOMINI Dei vestri, sed discesseritis à via, quam ego hodie præcipio vobis, vt sequamini deos alienos quos ignoratis.

Cū introduxerit te DOMINVS Deus tuus in terram, ad quam occupandâ proficisceris, curabis pronuciari benedictionem

tionē in monte Garisim, & maledictionem in monte Ebal, qui sunt trans Iordanē, post viam quæ ducit ad solis occasum in terra Chananei, qui habitat in campestri loco contra Gilgal iuxta lucum More. Vos enim transibitis Iordanem, vt occupetis terram, quam DOMINVS Deus vester daturus est vobis, vt possideatis eam & habitetis in ea. Date igitur operam vt faciatis statuta & iura, quæ ego hodie vobis propono.

Garizim mons Samarię altissimus, in quo satrapa Persicus Sannabalath Chutteus impetrata potestate ab Alexandro Magno extruxit nouum templum, simile figura & magnificētia Ierosolymitano templo, cui generum Manassen præfecit.

## CAPVT XII.

### Argumentum.

*POST enarrationem primi præcepti, in qua satis diu commoratus est, concionatur de usu ceremoniarum. Tradit autem tres regulas, quarum prima alligat Ecclesiam populi Iudaici ad certum locum, extra quem non licebat sacrificare. Etsi enim in hoc populo plures*

res erant synagoga seu schola, in quibus doctrina de Deo tradebatur: tamen unicum duntaxat tabernaculum seu templum fuit, in quo pecudes mactabantur, & reliquæ ceremonie diuinitus traditæ seruarentur. Secunda regula damnat omnia opera, quæ sine verbo Dei ab hominibus excogitantur: Non faciat unusquisq; quod sibi rectum videtur. Tertia regula reycit ac repudiat nouum doctrinæ genus & nouos cultus, qui humana audacia instituuntur. Etsi autem prima regula ad nos non pertinet, quia veri adoratores adorant Patrem in spiritu & veritate: tamen reliquæ duæ sunt omnium ætatum & temporum, ut Christus inquit, Frustra colunt mandatis hominum. Et Paulus, Si quis aliud Euangelium docet, sit anathema.

## T E X T V S.

**H**ÆC sunt statuta & iura quæ seruabitis, ut iuxta ea faciatis in terra, quam DOMINVS Deus patrum tuorum daturus est tibi, ut possideas eam omni tempore, quo viuis super terram.

Vastate omnia loca, in quibus gentes (quas occupabitis) coluerunt suos  
F deos,

deos, siue in montibus, siue in collibus, siue sub arbore viridi. Euertite altaria eorum, & frangite statuas, lucos igne comburite & imagines idolorum destruite, & delete nomen eorum ex illis locis.

Non facietis ita **DOMINO** Deo vestro, sed in loco, quẽ elegerit **DOMINVS** Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ibi sinat habitare nomen suum, quæretis eum, & ad eum venietis, & illuc afferetis holocausta & reliqua sacrificia vestra, & decimas vestras & leuationes manuum vestrarum, & vota vestra atq; spontanea sacrificia vestra, primogenita bouum & ouium vestrarum, & comederis ibi in conspectu **DOMINI** Dei vestri & latabimini propter omnia quæ vos & domus vestræ afferent, in quibus benedixit te **DOMINVS** Deus tuus.

Non facietis, sicut nos hîc facimus hodie, vnusquisq; quod sibi rectum videtur. Nondum enim venistis ad requiem & hæreditatem, quam **DOMINVS** Deus tuus daturus est tibi. Transibitis

Deus voluit certo loco seruari ritus a se institutos, vt certo sciretur cui populo traditum esset verbum Dei.



ibitis autem Iordanem, & habitabitis in terra, quam DOMINVS Deus vester vobis distribuet tanquam hæreditatem, & concedet vobis requiem à cunctis hostibus per circuitum, & sine metu habitabitis.

Cum igitur DOMINVS Deus vester elegerit locum, in quo nomen ipsius habitet, illuc afferetis

omnia, quæ præcipio vobis, holocausta & reliqua sacrificia vestra, decimas vestras, & leuationes manuum vestrarum, & spontanea vota vestra, quæ vouebitis DOMINO, & lætabimini coram DOMINO

Sacrificia Leuitica primum fuerunt signa distinguentia hunc populum ab aliis gentibus. II. Nerui publicæ congregationis. III. Exercitia fidei & confessionis. IIII. Alimenta docentium. V. Typi Messie.

Deo vestro, vos & filij vestri, & filia vestra, serui & ancilla, atq; leuites, qui in vestris portis commoratur. Non enim habet aliam partem aut hæreditatem inter vos.

Caue, ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo loco, quem elegerit DOMINVS in vna tribuum tuarum, offeres holocausta tua,

& facies quæcunq; præcipio tibi. Veruntamen poteris mactare & comedere carnes quas anima tua expetit iuxta benedictionem DOMINI Dei tui, quam dedit tibi, in omnibus portis tuis, tam mundus quam immundus poterunt eas comedere sicut capream aut ceruum. Sanguinem vero non comedes, sed eum quasi aquam in terram effundes.

Præterea non poteris comedere in portis tuis decimas frumenti & vini & olei tui, nec primogenita bouum aut ouium tuarum, imo nec ea quæ vouisti, nec spontanea sacrificia tua, nec leuationem manuum tuarum, sed coram DOMINO Deo tuo comedes ea, in loco quem elegerit DOMINVS Deus tuus, tu & filius tuus, & filia tua, & seruus atq; ancilla & leuites, qui est in portis tuis, & lætaberis coram DOMINO Deo tuo de cunctis quæ attuleris. Caue ne deferas leuitam toto tempore, quo versaris in terra.

Postquam vero dilatauerit DOMI-

NVS Deus tuus terminos tuos, sicut locutus est tibi, & volueris vesci carnibus,

Seuerissimū præceptum de victu & defensione ministrorum Ecclesiæ.

bus, quas expetit anima tua, poteris esu carnis explere omne desiderium animæ tuæ. Quod si remotus fuerit locus, quem elegerit **D O M I N V S** Deus tuus, in quo nomen ipsius habitet, mactabis boues aut oves tuas quas dederit tibi **D O M I N V S**, sicut præcepi tibi, & comedes in portis tuis, iuxta desiderium animæ tuæ, sicut comeditur caprea & ceruus, sic vesceris eis, tam mundus quam immundus simul vescentur. Sed diligenter caue, ne sanguinem comedas, quia sanguis est ipsa anima. Ideo non comedes animam cum ipsa carne, sed quasi aquam in terram effundes, vt bene sit tibi & posteritati tuæ, cum feceris quod **D O M I N V S** approbat.

Quæ autem sanctificaueris & voueris, tolles & venies ad locum quem elegerit **D O M I N V S**, & offeres holocausta tua cum carne & sanguine in altari **D O M I N I** Dei tui. Sanguinem sacrificij tui effundes in altare **D O M I N I** Dei tui, & carnem comedes. Obserua & audi hæc omnia, quæ ego præcipio tibi, vt bene sit tibi & posteris tuis perpetuo, cum feceris quod bonum & rectum est in oculis **D O M I N I** Dei tui.

Cum deleuerit D O M I N V S Deus tuus ante faciem tuam gentes, ad quas occupandas iter facis, & occupaueris eas, & in terra ipsorum habitaueris, caue ne irretitus tenearis laqueis ipsarum, postquam deletæ fuerint coram te, & interroges de dijs earum dicens, Sicut coluerunt gentes deos suos, ita & ego faciam. Non facies sic D O M I N O Deo tuo, Omnes enim abominations quas odit D O M I N V S, fecerunt dijs suis. Nam & filios & filias suas cōbuserunt dijs suis.

Quicquid præcipio vobis, hoc seruate & facite, nec \* addas quicquam nec minuas.

Tertullianus aduersus Gnosticos: Scytharū Dianam, Gallorum Mercurium, Afrorum Saturnum, hominum victima placari apud seculum licuit. Et Latio in hodiernum Ioui media in

vrbe humanus sanguis gustatur.

\* Addas, scilicet tradendo nouam doctrinam, aut instituendo nouum cultum.

## CAPVT XIII.

Argumentum.

*In Ecclesia conferri oportet miracula & doctrina*

*doctrinam prius à Deo traditam . Si enim miracula pugnant cum doctrina prius à Deo tradita , sunt fallacia , & quidem talia , que Diabolus imitari potest , non propria Ecclesie . Hanc regulam prodest considerare , ne miracula fallacia , & pugnantia cum certo verbo Dei , abducant animos à vera inuocatione Dei , ad idola & falsas opiniones .*

## T E X T V S .

**S**I surrexerit in medio tui propheta, sicut somniator , & dederit tibi signum aut portentum , & comprobauerit euentus signum aut portentū quod prædixerat , & in hunc modum locutus fuerit , Eamus & sequamur deos alienos , quos ignoratis , & seruiamus eis , non audies verba prophetæ illius aut somniatoris , quia tē-

tat vos **D O M I N V S** Deus vester , vt sciat an diligatis eum toto corde & tota anima vestra . Nam **D O M I N V M** Deum vestrum sequi debetis & ipsum timere , &

Duæ sunt causæ propter quas Deus sinit exillere hæreses , vna vt fides exploretur & synceritas discernatur . De hac causa dicitur 1. Cor. 11. Altera est , vt contentus Euangelii manda-



mandata eius serua-  
re, & audire vocem  
eius, ipsiq; seruire &  
adhærere. Propheta

puniatur. Hanc  
causam exponit Ps-  
almus 81. & Paulus  
2. Thes. 2.

autem ille aut somniator interficietur,  
quia voluit vobis persuadere vt defice-  
retis à DOMINO Deo vestro (qui edu-  
xit vos ex Aegypto, & redemit vos de  
domo seruitutis) & discederetis à via,  
quam tibi præcepit DOMINVS Deus  
tuus, vt in ea ambulares, & auferes ma-  
lum de medio tui.

Si tibi voluerit per-  
suadere frater tuus  
vterinus, aut filius  
tuus, aut filia tua, aut  
vxor tua, quam in si-  
nu foues, aut amicus

Non assentiaris  
amico abducenti a-  
nimum tuum a Deo.

tuus quem diligis vt animam tuam, di-  
cens, Eamus & seruiamus dijs alienis,  
( quos ignoras tu & patres tui ) quos  
colunt populi in circuitu tuo, siue vici-  
ni, siue remoti ab vno fine terræ vsq; ad  
oppositum, non assentiaris ei, nec audias,  
nec parcat ei oculus tuus, vt misericor-  
dia permotus occultes eum, sed interfi-  
cies eum. Manus tua primam impres-  
sionem in eum faciat, vt trucidetur, &  
postea

Religio & fides  
anteponantur ami-  
citiæ, Cic. 3. Offi.

postea populus in eum irruet, vt saxis obruatur, quia voluit te abducere à DOMINO Deo tuo, qui eduxit te ex

Aegypto, de domo seruitutis, vt totus Israël audiens timeat & nihil simile in medio tui moliatur.

Si audieris de vna vrbium tuarum, quas DOMINVS Deus tu-

us dabit tibi, vt in eis habites, hanc famam spargi, Egressi sunt filij Belial de medio tui, & seduxerunt ciues vrbis tuæ, & dixerunt, Eamus & seruiamus dijs alienis quos ignoratis, magna cura & solitudine inquires, scrutaberis & interrogabis, & veritate explore percepta & cognita, quod talis abominatio inter vos facta sit, percuties ciues illius vrbis acie gladij, & deuouebis eam vnâ cum omnibus quæ in ea sunt, etiam iumenta eius

acie gladij (percuties.) Vniuersa autem spolia eius congregabis in medio plateæ, & combures ci-

Plato in Gorgia: Pœnæ & ipsis qui perferunt & spectatoribus vtilis sunt. vtrique enim redduntur meliores, illi dolore, hi exemplo.

Omne genus pestiferum atque impium ex hominum communitate exterminandum est, Cic. 3. Offi.

uitatem illam igne & vniuersa spolia eius simul DOMINO Deo tuo, vt sit moles ruderum perpetua, nec vnquam instauretur. Et non adhærebit manui tuæ quicquam de illo anathemate & auertatur DOMINVS ab æstu iræ suæ, & misereatur tui, & det tibi misericordiam & multiplicet te, sicut iurauit patribus tuis. Audies itaq; vocem DOMINI Dei tui, vt custodias omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias quod rectum est in oculis DOMINI Dei tui.

## CAPVT XIII.

### Argumentum.

*PRIMVS locus huius capituli præcipit de moderatione luctus in funeribus, de qua insigne est Tertulliani dictum in libro de patientia: Cur impatienter feras subductum interim, quem credis reuersurum? profectio est quam putas mortem. Non est lugendus, qui antecedit, sed plane desiderandus. Id quoque desiderium patientia temperandum. Cur enim immoderate feras abisse, quem mox subsequeris? SECUNDVS locus est distinctio anima-*

animalium mundorum & immundorū. Hoc  
 discrimen nos de virtutum officijs admonet.  
 Non simus tenaces iniuriarum, ut cameli,  
 non timidi ut lepores, non labefactemus do-  
 ctrinam recte explicatam, sicut cuniculi fun-  
 damenta aedium conuellunt, Non voluimus  
 nos porcorum ritu in ceno vite flagitiosissima.  
 Abhorreat etiam natura nostra à crudeli-  
 tate, quam tyrannice aues exercent, & ab  
 àσνεγία struthionis, qui deserit oua & pullos  
 suos, Non simus cuculi ingrati erga bene-  
 meritos, non upupe contaminantes nidum Ec-  
 clesie, non hirundines garrule, hoc est, arguti  
 ciues sine virtute. TERTIVS locus est præ-  
 ceptum, ut aliquid singuli ex suis facultatibus  
 ad ministerium Evangelij conferant. Ideo di-  
 xerunt eruditi in disputatione de decimis,  
 An decima sint iuris naturalis, Non quo-  
 ta, sed aliquota est iuris naturalis.

## T E X T V S.

**V**Os estis filij DOMINI Dei vestri.  
 Ideo non lace-  
 rabitis vosipsos, nec  
 facietis caluitium in-  
 ter oculos vestros  
 propter mortuum,  
 Non laudat De-  
 us ἀπ' αὐθιγῶν, sed με-  
 τειοπ' αὐθιγῶν. Descen-  
 di sunt enim mor-  
 tui, sed temperan-  
 quia

quia populus sanctus  
 es D O M I N O Deo  
 tuo, & te elegit, vt sis  
 ei populus peculiaris, ex omnibus gen-  
 tibus, quæ terram incolunt.

tius propter spera  
 vitæ æternæ, 1. Theſ.  
 4.

Non comedes vl-  
 lam abominationē,  
 Hæc autem sunt ani-  
 malia quæ comedere

Discrimen mun-  
 dorum & immun-  
 dorum animalium.

debetis, Bos, ouis, capra, ceruus, ca-  
 prea, bubalus, capricornus, dama,  
 vrus, & alce. Omne animal quod habet  
 fissam vngulam & ruminat comedetis.  
 Quicquid autem ruminat & non findit  
 vngulam non comedetis, quo ex gene-  
 re sunt camelus, lepus, cuniculus. Hæc  
 enim ruminant quidem, sed vngulam  
 non findunt, eamq; ob rem erunt vo-  
 bis immunda. Quanquam autem sus  
 findit vngulam: tamen non ruminat.  
 Itaq; vobis immundus erit. Carnibus  
 eorum non vescemini, & cadauera non  
 tangetis.

Hæc comedetis ex omnibus, quæ in  
 aquis viuunt. Quæ habent pinnulas &  
 squamas comedite, Quæ vero pinnulis  
 & squamis destituuntur nolite come-  
 dere, quia sunt vobis immunda.

Omnes



Omnes aues mundas comedite, Hæ autem sunt quas non comedetis, Aquila, accipiter, haliaëtus, mergus, miluus, vultur, & quicquid est generis eiusdem, & omnes corui in suo genere, struthiocamelus, vlula, cuculus, nifus cum suo genere, noctua, bubo, vespertilio, onocrotalus, ciconia, cycnus, ardea, garrulus, cum genere suo, vpupa, & hirundo. Omne præterea volatile quod reptat erit vobis immundum, nec comedetur. Omnem auem mundam comedite.

Nullò cadauere vescemini. Peregrino qui intra portas tuas est dare poteris vt comedat, aut vendas alieno, quia es populus sanctus D O M I N O Deo tuo. Non coques hædum donec alitur lacte materno.

Decimam partem separabis de cunctis fructib. sementis tuæ, qui quotannis in agro tuo nascuntur, & comedes coram D O M I N O Deo tuo in loco quem elegerit, vt in eo nomen

Lex de decimis.  
Fuerunt autem decimæ in triplici discrimine. Aliæ anniuersariæ, quædam triennales, nonnullæ decimæ decimarum. Anniuersariæ dabantur leuitis. Triennales non solum leuitis, sed etiã illius

illius habitet, videlicet decimam frumenti, musti & olei tui, & primogenita bouum & ouium tuarum, vt discas timere DOMINVM Deum tuum omni tempore.

Si autem longior fuerit via, quam vt possis ea gestare, eò quod remotus sit locus quem elegit DOMINVS Deus tuus, vt in eo habitet nomen ipsius (nam DOMINVS Deus tuus benedixit te) vendas (decimas) pecunia, & hanc manu tua constringes, & ibis ad locum quem elegerit DOMINVS Deus tuus, & emes eadem pecunia quicquid volueris, siue sit bos, siue ouis, siue vinum, siue ficera, siue quicquid anima tua expetit, & comedes coram DOMINO Deo tuo, & lætaberis tu & domus tua, & leuita, qui intra portas tuas est. Caue ne deferas eum, quia non habet partem nec hæreditatem tecum.

Post exitum tertij anni separabis aliam decimam ex omnibus, quæ nascuntur tibi

peregrinis, viduis, pupillis & omnibus pauperibus vere egentibus. De his duabus speciebus in hoc capite dicitur. Tertia species erat propria leuitarum, qui de suis decimis dabant sacerdotibus decimam partem. De hac specie in Leuitico dictum est.

tur tibi eodem anno , & repones intra portas tuas , venietq; leuita qui non habet partem, nec hæreditatem tecum, & peregrinus ac pupillus & vidua , qui intra portas tuas sunt, & comedent & faturabuntur, vt benedicat tibi D O M I N U S Deus tuus in omnibus operibus , quæ manus tua facit.

## C A P V T X V .

Argumentum.

*D I G R E D I T V R* Moses in hoc capite ab instituto, & concionatur de officijs erga miseris personas , cuiusmodi sunt, pauperes & serui , vt doceat secundam tabulam esse similem primæ , quod ad certitudinem , necessitatem & causam finalem attinet. Quam enim certum est Deum tradidisse precepta primæ tabule, tam certum est Deum velle , vt leges que sunt vincula & nervi societatis , constantissime seruentur. Deinde vt necessaria sunt opera primæ tabule , ita necesse est exerceri officia dilectionis, sine quibus societas inter homines manere non potest. Postremo vt Deus iudicat se honore affici , cum vere inuocatur : sic pronunciat opera secundæ tabule esse cultus,

*tus, quando propter Deum prestantur. His igitur causis inuitati libentius prestemus officia iusticie, beneficentie & equalitatis inter homines.*

## TEXTVS.

**A** Principio festi-  
ptimi anni celebra-  
bris annum remis-  
sionis. Hæc autem est  
ratio remissionis: Si  
quis proximo suo  
mutuum dederit, re-  
mittat ei, nec exigat  
(debitum) à proxi-  
mo suo, aut à fratre  
suo, quia vocatur an-  
nus remissionis **DOMINO**. A peregrino  
exiges, Ei vero qui frater tuus est re-  
mittes.

Annus remissio-  
nis significat tem-  
pus gratiæ seu re-  
gnum Christi, in  
quo habemus re-  
missionem peccato-  
rum per sanguinem  
seu obedientiam Chri-  
sti. Hoc autem be-  
neficiū in sola Ec-  
clesia distribuitur  
iuxta regulam, Ex-  
tra Ecclesiam non  
est salus. Ideo tex-  
tus dicit, A pere-  
grino exiges.

Nullus omnino sit inter vos mendicus, quia benedicet tibi **DOMINVS** Deus tuus in terra, quam traditurus est tibi in possessionem, si modo audieris vocem **DOMINI** Dei tui, ut ferues & facias omnia præcepta, quæ ego hodie præcipio tibi. Nam **DOMINVS** Deus

Deus tuus benedicet tibi, sicut tibi promisit. Et mutuum dabis multis gentibus, & à nemine mutuum accipies, & dominaberis multis gentibus, & nemo tibi dominabitur.

Si quis fratrum tuorum pauper fuerit in aliqua ciuitate terræ tuæ, quam **DOMINVS** Deus tuus tibi daturus est,

non indurabis cor tuum, nec contrahes manum tuam, sed aperiens eam fratri pauperi, & dabis ei mutuum ad subleuandam ipsius inopiam.

Caue ne in corde tuo sit dolus malus, & dicas, appropinquat annus septimus, annus remissionis, & malo oculo aspi-

cias fratrem tuum pauperem, & non des ei. Tunc enim clamabit contra te ad **DOMINVM**, & hærebit in te peccatum. Dabis igitur ei, nec cor tuum in-

dando sit morosum. Nam ppter hoc of-

Nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit, nec ita referenda, vt pateat omnibus, modus adhibeatur, isque referatur ad facultates.

Inuenta lege inuenta est fraus legis. Occurrit igitur Moyses calumniosa interpretatio ni legis.

Beneficium morose datum est simile lapidoso pani, quem esurienti accium

G



ficium benedicet tibi cipere necesse est, esse acerbum.  
 D O M I N V S Deus tu-

us in omni opere tuo, & in omnibus quibus manum admoueris. Semper erunt pauperes in terra. Itaque seuerè præcipio tibi, vt aperiās manum fratri tuo pauperi & inopi in terra tua.

Si venditus tibi fuerit frater tuus Ebraeus aut Ebræa, sex Lex de manumissione seruorum. annis seruiet tibi, Septimo autem anno libertate cum donabis, & manumissum non sines abire vacuum, sed impones ei de tuis ouibus, de area tua, & de torculari tuo, quibus benedixit D O M I N V S Deus tuus, vt possis ei dare.

Recordare quod ipse quoque seruus fueris in Aegypto, & quod redemerit te Ratio legis. Nō ignarus mali miseris succurrere discas. D O M I N V S Deus tuus.

Quamobrem ego hoc præcipio tibi hodie. Si autem dixerit ad te, Nolo à te discedere, quia diligo te & domum tuam, ( cum ei bene sit apud te ) subula perforabis aurem eius ad ianuam domus tuæ, & seruiet tibi perpetuo. Ancillæ quoque similiter facies. Nec vero tibi graue videatur, quod

quod ei libertatem restituis, quia tanquam duplex mercenarius sex annos tibi *Altera ratio legis.* feruivit. Et benedictet tibi **DOMINVS** Deus tuus in omnibus quæ facturus es.

*Lex de primogenitis.* Omne primogenitum masculum, quod nascetur ex bobus vel ex ouibus tuis, sanctificabis **DOMINO** Deo tuo. Non arabis primogenito bouis, nec primogenitum ouis tondebis. Coram **DOMINO** Deo tuo comedes ea quotannis, in loco quem elegerit **DOMINVS** Deus tuus, tu & domus tua. Quod si vitium habuerit, vt si claudum fuerit vel cæcum, aut alio defectu insigne, non immolabis **DOMINO** Deo tuo, sed intra portas vrbs tuæ comedes, siue mundus sis, siue immundus, tanquam capream & ceruum, sic tamen ne sanguinem eius comedas, sed eum velut aquam in terram effundas.

## CAPVT XVI.

Argumentum.

92

REDIT

REDIT *Moses ad institutum, & precipit de celebratione trium festorum paschatis, pentecostes, & festi tabernaculorum, quæ erant præcipui nerui ministerij in hoc populo. Etsi autem species abrogata est: tamen genus est naturale. Necessè est enim aliqua certa tempora tribui publico ministerio doctrina cælestis & sacramentorum, ut publice sonet vox Dei in genere humano, & sint consociati cœtus testificantes de doctrina Dei. Tunc autem celebramus pascha, pentecosten & festum tabernaculorum, quando agnum pro nobis immolatum in cruce manducamus, & fide legem stabilimus, & preparamus nos ad migrationem ex hoc fragili domicilio in æterna tabernacula, in quibus Deum sine fine videbimus, & sine fastidio amabimus, & sine fatigatione laudabimus.*

## T E X T V S.

**O**bserua mensem Abib, ut facias Pâsah **D O M I N O** Deo tuo, quoniam mense Abib eduxit te **D O M I N V S** Deus tuus ex Aegypto nocte, immolabisq; Pâsah **D O M I N O** Deo tuo de ouib. & bobus tuis, in loco

Hæc clausula toties repetita opponitur ἢ ἰδολοθεύσεια. quem

quem elegerit DOMINVS, vt ibi no-  
 men ipsius habitet. Non comedes in  
 eo panem fermentatum. Septem die-  
 bus comedes in fermentatū panem pa-  
 nem afflictionis, quia in magna con-  
 sternatione egressus  
 es ex Aegypto, vt re-  
 corderis diei exitus  
 tui de terra Aegypti  
 omnibus diebus vitæ  
 tuæ. Non apparebit fermentatum in  
 omnibus terminis tuis septem diebus,  
 & non remanebit de carne, quam ve-  
 spertino tempore primi diei immola-  
 bis vsq; ad diluculum postridianum.

Causa finalis pro-  
 pter quam festum  
 paschatis institutū  
 fuit.

Non poteris immolare Pæfah in qua  
 libet vrbiū tuarum, quas DOMINVS  
 Deus tuus daturus est tibi, sed in loco  
 quem elegerit DOMINVS Deus tuus  
 immolabis Pæfah vespere post solis oc-  
 casum, quo tempore egressus es ex Ae-  
 gypto, & coques & comedes in loco  
 quem elegerit DOMINVS Deus tuus,  
 maneq; vertes te & redibis in taberna-  
 cula tua. Sex diebus comedes panes in-  
 fermentatos, & die septimo, quo fit  
 congregatio DOMINI Dei tui, nihil  
 operarum facies.

Septem hebdomadas numerabis ab ea die, qua falcem in segetem miseris, & celebrabis festum hebdomadam DOMINO Deo tuo, vt spontaneum munus conferat manus tua pro modo benedictionis, quam à DOMINO accepisti, & lætaberis coram DOMINO Deo tuo, tu ac filius tuus, filia tua & seruus tuus atq; ancilla tua, & leuita qui est intra portas tuas, peregrinus item, pupillus & vidua, qui inter vos versantur, in loco quem elegerit DOMINVS Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi, & recordaberis, quod seruus fueris in Aegypto, vt serues & facias hæc mandata.

ris & qui nunc sis. Nam in horum crebra recordatione erga benefactorem ingratus non es futurus, sed acceptum imperium legibus administrabis, & simul coles eum qui contulit.

Festum quoq; tabernaculorum cele-

Pentecoste.

Numerabis, retro a messe primarū frugum vsque ad pascha. Non enim potest inchoari hæc numeratio a paschate, quod celebrabatur mense Aprili.

Sic Placilla vxor Theodosii Imperatoris ad maritum dixit: Semper tibi marite cogitandum est, quis olim fue-

*αχλωστυλια.*

brabis



brabis septem dies, postquam collegeris de area tua & de torculari tuo, & lataberis in festo tuo, tu & filius tuus, filia tua, & seruus tuus & ancilla tua, præterea leuita & peregrinus & pupillus ac vidua, qui intra portas tuas sunt. Septem diebus celebrabis festum DOMINO Deo tuo in loco quem elegerit DOMINVS. Nam benedicet tibi DOMINVS Deus tuus in omni prouentu tuo, & in omni opere manuum tuarum. Ideo eris læto animo.

Tribus vicibus quotannis apparebit omnis masculus coram DOMINO Deo tuo, in loco quem elegerit, in festo panis infermentati, in festo hebdomadum & in festo tabernaculorum. Non apparebit ante DOMINVM vacuus, vnusquisq; pro modo facultatum & benedictionis, quam tibi dederit DOMINVS Deus tuus.

## CAPVT XVII.

Argumentum.

*QUANTVM lex Moysi vni populo lata est: tamen voluntatem Dei ostendit.*

*Hoc autem expresse ordinat magistratus, iudicia & poenas, & seuerissima vox additur, Auferes malum de medio tui, vt audientes ceteri timeant. Quare cum ibi expresse sit Deus suam sententiam, certissimum est similem ordinationem ei in toto genere humano placere. Constituuntur autem in hoc capite σωβειστων & regia potestas. Ac σωβειστων quod ipsi nominarunt Sanhedrin, fuit summus senatus & collegium doctissimorum hominum, quorum professio complectebatur literas, legem diuinam, historias, distinctionem temporum, & anni rationem, natura inquisitionem & artem medicam, denique & Musicam. Regia vero potestas sic ordinatur, vt regi seuerissime commendetur assidua & quotidiana lectio Deuteronomij. Hoc preceptum omnes gubernatores ad se pertinere statuunt, & meminerint se debere custodes esse legis diuine inter homines, hoc est, doctrine a Deo tradite, discipline, pacis & reliquorum bonorum, quae legis appellatione continentur. Non enim cogitandum est magistratum similem esse armentario, & tantum corpora subditorum tueri, sed prior cura sit, vt populus recte doceatur de Deo.*

T E X T V S.

Iudi-

**I**udices & præfectos constitues in omnibus portis tuis, quas **DOMINVS** Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas, ut iudicent populum iusto iudicio. Non inflectes ius, nec personam acceptabis, nec accipies munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & peruertunt causas iustorum. Quod iustum est sectaberis, ut viuas & possideas terram, quam **DOMINVS** Deus tuus tibi dedit.

Boni iudicis est semper non quid ipse velit, sed quid lex & religio cogat cogitare.

Iusticia est æqualitas iuxta certam regulam. Acceptatio personarum est inius, qui in regula sunt æquales, inæqualia tribuere.

Non plantabis tibi lucum ex vllis arboribus, iuxta altare **DOMINI** Dei tui, quod facies tibi, neque collocabis tibi statuam, quam odit **DOMINVS** Deus tuus.

Fugite idola.

Non immolabis **DOMINO** Deo tuo bouem aut ouem, in qua fuerit defectus aut aliquid vitij, quia abominatio est **DOMINO** Deo tuo.

Si inuentus fuerit in medio tui intra vnam portarum tuarum, quas **DOMI-**

NVS Deus tuus dabit tibi, vir aut mul-  
 lier, qui fecerit malum in conspectu  
 DOMINI Dei tui, & violauerit fœdus  
 eius, & iuerit & coluerit deos alienos &  
 adorauerit eos, solem aut lunam, aut  
 aliquem exercitum cœli, quod ego non  
 præcepi, idq; tibi fuerit nunciatum &  
 audieris, inquires be-  
 ne, & cum fuerit ve-  
 ritas explore per-  
 cepta & cognita,  
 quod talis abomina-  
 tio facta fit in Israël,  
 educes virum illum,  
 aut mulierem illam,  
 qui fecerunt rem istã  
 malam, & saxis ob-  
 rues eos vt morian-  
 tur. Conuictus ore  
 duorum aut trium  
 testiũ morietur, qui  
 morte dignus erit,  
 propter verbum ve-  
 ro vnus testis nemo  
 interficiatur. Manus  
 testium prima interficiet eum, postea  
 manus totius populi, vt auferas malum  
 de medio tui.

Vult iudici ita  
 notam esse verita-  
 tem, vt sit certus,  
 nec sequatur tan-  
 tum suspiciones aut  
 incertas opiniones.

Deus iustus iu-  
 dex ostendit delicta  
 contra primũ præ-  
 ceptum maiora esse  
 cæteris delictis. Id-  
 eo suo iudicio pec-  
 nas maiores consti-  
 tuit.

Ex hoc fonte  
 multæ leges natæ  
 sunt, quæ præcipi-  
 unt de modo cog-  
 noscendi controuer-  
 sias.

Si res

Si res quæ in iudicio versatur difficili-  
 or erit, videlicet inter sanguinem &  
 sanguinem, inter causam & causam, in-  
 ter plagam & plagam, & similes con-  
 trouersia ortæ intra portas tuas, sur-  
 ges & ascendes ad locum, quem elegerit  
 DOMINVS Deus tuus, veniesq; ad  
 sacerdotes, ad leuitas & ad iudicem, qui  
 illo tempore fuerit, & propones eis  
 quæstionem, de qua illi iudicabunt. Et  
 facies iuxta sententiam ab ipsis pro-  
 nunciatam in loco quem elegerit DO-  
 MINVS, & ipso facto comprobabis do-  
 ctrinam ab ipsis tra-  
 ditam. Iuxta legem,  
 quam te docebunt,  
 & iuxta regulam iu-  
 ris quam tibi propo-  
 nent facies, nec ab  
 ea discedes siue ad  
 dextram siue ad sini-  
 stram.

Expresse coniun-  
 git legem & iudi-  
 ces, vt doceat ex  
 scripto iure iudi-  
 candum esse, non  
 ex arbitriis poten-  
 tum. Qui enim le-  
 gem præficit, Deū  
 & leges vult præ-  
 esse. Sed qui homi-  
 nem præficit, belu-

am vult præesse. Talis est enim cupiditas, quæ  
 peruertit animos etiam in viris optimis. At lex  
 est mens sine cupiditate, vt Aristoteles in tertio  
 Politicorum præclare dixit.

Qui autem superbia elatus noluerit  
 obedire sacerdoti, qui munere diuini-  
 tus in-



tus instituto fungitur, aut iudici, morietur, & tolles malum ex Israël, vt omnis populus audiens timeat, nec quifquam deinceps superbia efferatur.

Cum ingressus fueris in terrā, quam **DOMINVS** Deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitauerisq; in illa, & dixeris, Constituam regem super me more aliarum gentium, quæ in circuitu meo sunt, eum constitues, quem **DOMINVS** Deus tuus elegerit. Constitues autem super te regem ex fratribus tuis. Non enim poteris alienum, qui non est frater tuus, tibi præficere. Sed non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum propter multitudinem equorum, cum **DOMINVS** dixerit vobis, ne deinceps eadem via redeatis. Non habebit vxores multas, ne cor ipsius ad defectionem inclinetur, nec multum auri & argenti colliget.

Postquam autem sederit in solio regni sui, accipiet hanc \* secundam legem à sacerdotibus leuitici

Non prohibet vsum rerum ciuillium, sed impiam fiducia humanorū præsidiorum.

Præceptum vt discat rex legem, & eam sequatur in tota gubernatione.

\* Hic liber vocatur generis,

generis, eamque in libro scribi curabit. Hunc librum apud se retinebit, & leget in eo usque ad vitæ exitum, ut discat timere DOMINUM Deum suum, & servare omnia verba legis huius, & hæc statuta ut faciat ea. Non transferatur cor eius supra reliquos fratres, nec discedat à præcepto ad dextram vel sinistram, ut diu regnum administret ipse & filij eius in Israël.

tur Deuteronomium, id est, secunda lex, non quod alia sit quam ea quæ in monte Sina promulgata est, sed quod repetita sit novo pacto per ministerium Moyfi coram iis, qui priorem in monte Sina non audierant. Nam illi qui ab ipso Domino eam audierant, omnes in deserto perierant. Est igitur hic liber compendium Mosi & summa totius legis & sapientiæ populi Israël, & ut vno verbo omnia complectar, explicatio Decalogi copiosa & luculenta.

## CAPVT XVIII.

### Argumentum.

*Dvo loci in hoc capite velut gemma insignes eminent, PRIOR est promissio de Messia, ALTER vaticinium de Antichristo. Ideo autem diserte inquit, Ponam verba*

verba mea in ore eius, ut constet promissionem gratiæ & vite æternæ decretum esse immotum totius diuinitatis, nec Christum asserre doctrinam à se vno excogitatam, sed tanquam legatum voluntatem patris arcanam exponere. Ceterum particula, in qua fit collatio Moysi & Christi dextere intelligatur. Non enim omnia in Christo & Moysse sunt similia. Primum enim ingens discrimen est personarum. In Moysse tantum erat humana natura obnoxia peccato & morti. In Christo non est tantum humana natura, sed etiam diuina. Deinde discernantur officia & beneficia Moysi & Christi. Moyses tantum fuit doctor & politicus gubernator, non deluit peccatum & mortem. Messias autem non tantum est doctor, sed etiam propitiator tollens peccatum & mortem, nec est politicus gubernator, sed est victima pro peccato, & perpetuus sacerdos ac mediator inter Deum & homines, datus remissionem peccatorum, Spiritum sanctum, nouam iusticiam & vitam æternam. De hoc discrimine Baptista Ioannis primo luculente concionatur. Nam lex per Moysen data est, quæ est ministerium ostendens horrendum iudicium & iram Dei aduersus peccatum. Gratia autem & veritas per Christum facta est, id est, Vox Euange-

Euangelij annunciat donari reconciliationem  
 & vitam eternam propter Christum media-  
 torem. His differentiis consideratis non dif-  
 ficile est intelligere particulam, Sicut me.  
 Quemadmodum enim Moyses immediatè  
 à Deo vocatus est & ornatus miraculis quæ  
 erant testimonia doctrine: Ita Christus est  
 persona à Patre missa, & ornata testimonijs,  
 quæ ostendunt Patrem æternum fontem esse  
 doctrinæ, quam hic doctor sonat, & approba-  
 torem ac defensorem. Deinde sicut à Moysse  
 reliqui prophetae, sacerdotes & omnes doctores  
 in illo populo acceperunt doctrinam legis, &  
 contemnentes Moysen horrendis pœnis op-  
 pressi sunt: Ita à Christo non solum aposto-  
 li, sed omnium temporum ministri in Ecclesia  
 vocem Euangelij acceperunt, & aspernantes  
 hanc vocem pœnas presentes & æternas sibi  
 accersunt.

ALTER locus huius capituli tres notas  
 Antichristi proprias recitat, quarum prima  
 est arrogantia. Altera est abusus nominis  
 diuini. Tertia est effectus doctrine, qui in  
 cordibus auditorum sentitur. Etsi enim fa-  
 natici doctores maxima bona suis auditoribus  
 pollicentur: tamen experientia ostendit va-  
 nissimas esse talium impostorum  $\chi\eta\sigma\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha\varsigma$   
 καὶ ἐὺλογίας.

**N**ON habebunt sacerdotes & leuitæ totius tribus

Præceptum de a-  
lendis ministris Ec-  
clesiæ.

Leui partem & hæreditatem cum Isra-  
el, quia sacrificia DOMINI & hæredi-  
tatem eius comedent, Ideo enim non  
habebunt hæreditatem in medio fra-  
trum suorum, quia DOMINVS est hæ-  
reditas ipsorum, sicut locutus est eis.  
Hoc autem erit ius sacerdotum à po-  
pulo, & ab his qui offerunt sacrificia,  
siue sit bos, siue ouis. Dabunt sacerdo-  
ti armum, ambas maxillas, ac ventri-  
culum, primitias frumenti, musti, olei,  
& tonsuræ ouium. Ipsam enim elegit  
DOMINVS Deus tuus de cunctis tri-  
bus tuis, vt fungatur ministerio in  
nomine DOMINI, ipse & filij eius per-  
petuo.

Si venerit leuita ex vna vrbium tua-  
rum, vel ex vniuerso Israël, vbi est pe-  
regrinus, & venerit iuxta omne deside-  
rium animæ suæ ad locum, quem elegerit  
DOMINVS, vt fungatur ministerio  
in nomine DOMINI Dei sui, sicut  
omnes fratres eius leuitæ, qui ibi stant  
coram



coram DOMINO, æqualem partem victus habebunt, excepto patrimonio quod venditione translatum est.

Quando veneris in terram, quã DOMINVS Deus tuus dabit tibi, non dicas facere abomina-

Seuerissima prohibitio de vitandis omnibus imposturis diuinationũ & incantationum.

tiones illarum gentium, nec inuenietur in te ducens filium suum aut filiam suam per ignem, aut vates, aut dierum

obseruator, aut sorilegus, aut magus, aut incantator, diuinator, aut signorum interpret, aut interrogans mortuos. Omnis enim qui

Multæ appellationes in lege diuina recēsentur, quia semper apud omnes gentes varix imposturæ diuinationum fuerunt.

taliam facit est abominatio DOMINO, & propter huiusmodi abominationes delet eos DOMINVS coram te. Tu autem integer eris cum DOMINO Deo tuo. Nam gentes quas tu possidebis, dierum obseruatores & vates audiuerunt. Tu autem non ita constitutus eris erga DOMINVM Deum tuum.

Prophetam sicut me suscitabit tibi

PROMISSIO de Messia enarrata

H

DOMI-

DOMINVS Deus tu- a Petro Act. 3. & 4  
us de medio tui & de Stephano Act. 7.

fratribus tuis, Illum audietis, sicut pe-  
tijsti à DOMINO Deo tuo in Horeb in  
die congregationis atq; dixisti, Dein-  
ceps non audiam vocem DOMINI Dei  
mei, & ignem hunc  
magnum non vide-  
bo, ne moriar. Et di-  
xit DOMINVS ad  
me, Bene sunt locuti.

Prophetam susci-  
tabo eis de medio  
fratrum suorū, sicut

te, & ponam verba mea in ore eius, lo-  
queturq; ad eos omnia, quæ præcepe-  
ro illi. Qui autem verba mea, quæ lo-  
quetur in nomine meo, audire nolue-  
rit, ego requiram ab eo.

Propheta autē qui præsumserit loqui in  
nomine meo, quæ non præcepi ei vt lo-  
queretur, & qui in nomine deorum alic-  
norum loquetur, morietur. Quod si  
dixeris in corde tuo, quomodo possim  
scire quale verbum DOMINVS non sit  
locutus? Quando in nomine DOMI-  
NI propheta ille loquitur, & non re-  
sponde-

Mediator est ho-  
mo, vt possit nobis-  
cū familiariter col-  
loqui, & nobis of-  
fendere Patrem,  
quia non possumus  
sustinere loquentē  
in maiestate.

Vaticinium de  
Antichristo.

sponderit euentus prædictioni, hoc est, verbum quod DOMINVS non est locutus, sed ex præsumptione locutus est ille propheta, & iccirco non timebis eum.

## CAPVT XIX.

## Argumentum.

*HACTENVS enarrauit Moyses primam tabulam Decalogi. Nunc accedit ad explicationem secunde tabule, & in hoc capite tria præcepta illustrat, Non occides, Non furtum facies, Non dices falsum testimonium. Discernit enim cædem inuoluntariam seu fortuitam à cæde ex insidijs facta, & inuoluntariam quidem punit exilio, quod finiebatur morte summi sacerdotis, voluntariam vero capitali supplicio. Deinde seuerissime prohibet translationem terminorum, quæ est species furti dignissima odio & execranda ab omnibus hominibus. Postremo sancit pœnam rationis aduersus calumniatorem, ac censet eodem supplicio puniendum esse, quo affectus esset aduersarius, si conuictus esset.*

## TEXTVS.

**C**V M deleuerit Afyla.  
**D**OMINVS De-

us tuus gentes, quarum terram tibi daturus est, & occupaueris eam, & habitaueris in earum vrbibus & ædibus, tres ciuitates separabis tibi in terra, quam **D**OMINVS Deus tuus dabit tibi in possessionem, & loca idonea eliges, & terminos terræ diuinitus tibi assignatæ in tres tractus distribues, vt reus homicidij habeat perfugium. Ideo autem illuc fugiet autor cædis, vt viuat.

Si quis percusserit proximum suum ignorans, & antea eum non odit, vt si quis cum proximo suo abeat in siluam ad cædenda ligna, & dum impellit manum suam securi armatam, vt succidat arborem, ferrum de ligno delapsum & in proximum impingens interficiat eum, is ad aliquam harum vrbium confugiat, vt viuat, ne vindex sanguinis ira ardens persequatur autorem cædis, & comprehendat eum propter viæ longitudinem, & percutiat animam eius, cum quidem non sit reus mortis, quia antea non odit eum. Quare præcipio tibi, vt tres ciuitates separes.

Cum autem dilatauerit **D**OMINVS Deus

Deus tuus terminos tuos, sicut iuravit patribus tuis, & dederit tibi vniuersam terram, quam eis dare pollicitus est ( si modo seruaueris hæc præcepta omnia, eaque feceris, quæ hodie præcipio tibi, vt diligas DOMINUM Deum tuum, & ambules in vijs eius omni tempore ) addes tribus superioribus alias tres vrbes, vt non effundatur sanguis innocens in terra, quam DOMINVS Deus tuus tanquam hæreditatem tibi dabit, & fias reus sanguinis.

Promissiones legales sunt conditionales, quia postulant integram legis impletionem.

Si quis autem oderit proximum suum eiꝰ insidias collocauerit, & impetum eiꝰ percusserit eum, & mortuus fuerit, & fugerit ad vnam ex illis vrbus, mittent seniores ciuitatis illius, & inde retractum tradent in manus illius qui habet ius vindicandi sanguinis, vt interficiatur.

Interficiatur, s. non priuata vindicta, sed ordine legum & iudiciorum diuinitus instituto & approbato.

Non parces ei, sed auferes innocentem sanguinem ex Israël vt tibi bene sit.

Nō transferes ter-



minos proximi tui, quę posuerunt priores in possessione tua, quam DOMINVS Deus tuus dabit tibi in terra quā acceperis possidentem.

Non stabit testis vnus cōtra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit, sed in ore duorum aut trium testiū stabit omne verbū.

Si steterit testis mendax contra aliquem, accusans eum præuaricationis, stabit vtraq; persona litigans coram DOMINO, coram sacerdotibus & iudicibus, qui illo tempore iudicia gubernant, & iudices diligenter inquirent, & si falsus testis falsum testimonium dixerit contra fratrem suum, facietis ei sicut fratri suo facere cogitavit, & auferes malum de medio tui, vt audientes ceteri timeant, & nequaquam talia audeant facere in medio tui. Non

rex Romanus cum & publicum agrum populi Romani & priuatum vnusquisque certis limitibus terminisque definisset, legem tulit, vt qui terminos statuto dimouisset loco, eum hominem liceret sine fraude neci dedere. Plutarchus Numa.

Calamitates & ipsi qui perferunt & spectatorib. vitales sunt. Vtrique enim redduntur meliores, illi dolores hi exemplo.

parces

parces ei, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede (exiges.)

## CAPVT XX.

Argumentum.

*SANCIT* in hoc capite leges belli, quarum prima opponitur superbie Aiacis, qui dixit se etiam sine Deo hostes vincere posse. Etsi enim non damnat usum armorum & aliarum rerum que ad bellum gerendum necessarie sunt: tamen prohibet fiduciam humanorum presidiorum, & iubet ut à Deo petant & expectent victoriam. *ALTERA* lex est: Quando hostis petit pacem, seruandum est ius supplicum. Nam dediti populi aut exercitus non interficiendi aut perdendi sunt. Cause etiam ducum à populi errore discernenda sunt. *TERTIA* lex. Non laudantur homines nisi quos reprimi necesse est. Ideo iubet parci mulieribus & infantibus. *QUARTA*. Non cum natura pugnandum est, sed cum hoste. Quare eatenus licet nocere rebus hostium, ut verbi causa arboribus, quatenus lex Dei concedit.

## TEXTVS.

**S**I exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equos & currus, & populum maiorem te, non timebis eos, quia **DOMINVS** Deus tuus tecum est, qui eduxit te ex Ae-

*Cōsolatio a pręsentia Dei.*

gypto. Cum autem propius ad pugnam veneritis, accedet sacerdos & hac oratione ad populum vtetur: Audi Israēl vos hodie cominus cum hoste congregimini, non frangatur cor vestrum, ponite metum, & nolite metuere aut reformidare eos, quia **DOMINVS** Deus vester ambulat vobiscum, vt pugnet pro vobis contra hostes vestros, & vos saluet.

Præfecti quoq; sic dicent ad populum, Si quis ædificauit nouam domum, & nondum dedicauit eam, is abeat & maneat in domo sua, ne moriatur in bello, & alius dedicet eam. Si quis plantauit vineam & nondum fecit eam communem, abeat & maneat domi, ne moria-

*Dedicare domum est in ea habitare.*

*Facere vineam communem est fructus ex ea capere.*

*tur in*

tur in bello & alius faciat eam communem. Si quis sponsalia celebrauit cum vxore & nondum duxit eam domum, is abeat & maneat domi, ne moriatur in bello, & alius ducat eam. Huic orationi hanc etiam appendicem adijcient præfecti & populum alloquuntur: Si quis est timidus & fracto ac demisso animo, is abeat & maneat domi, ne alijs sit causa pauoris, quo cor ipsius conflictatur. Cumq; finem dicendi fecerint præfecti, collocabunt duces exercitus in prima acie populi.

Si quando accesseris ad oppugnamdam urbem, primum ei offeres pacis condiciones. Has si acceperit & aperuerit tibi portas, vniuersus populus qui eam incolit tibi subiectus erit & tributarius. Si autem repudiauerit pacis condiciones & voluerit tibi bellum facere, obsidione eam cinges, cumq; tradiderit **D O M I N V S** Deus tuus illam in manum tuam, percuties acie gladij omnem masculum, exceptis mulieribus & infantibus, iumentis & alijs rebus quæ sunt in ciuitate. Omnia spolia inter te diuides, & comedes de spolijs hostium tuorum, quæ **D O M I N V S**

Deus tuus dederit tibi. Sic facies omnibus ciuitatibus procul disitis, quæ non sunt ciuitates ipsarum gentium.

At in ciuitatibus istorum populorum, quos DOMINVS Deus tuus tibi tanquam hæreditatem attribuet, non permittes viuere, quicquid spirat, sed anathemate percuties eos videlicet Hitthæum, Amoræum, Cananæum, Pherisæum & Hinæum, atq; Iebusæum, sicut præcepit tibi DOMINVS Deus tuus, ne doceant vos facere omnes abominations, quas ipsi fecerunt dijs suis & peccetis contra DOMINVM Deum vestrum.

Quando obsederis ciuitatem longo tempore, & oppugnaueris eam vt eam capias, non perdes arbores eius impacta securi. Poteris enim ex eis victum decerpere, ideo non succides eas. Nam lignum est in agro & non homo, nec machina bellica. Quæ autem arbores eiusmodi sunt, vt scias esui minime aptas esse, eas perdes & succides, & inde extrues machinas contra ciuitatem, quæ tibi bellum facit, donec redacta fuerit in tuam potestatem.



## CAPVT XXI.

## Argumentum.

*QVINGVE* leges in hoc capite recitan-  
 tur, quarum prima precipit, vt certis cere-  
 monijs expietur cades, cuius autor ignotus est.  
 Voluit enim Deus his ritibus ostendere quan-  
 ti vitam hominum faciat, & quantopere de-  
 testetur destructionem sui operis in humana  
 natura. Secunda lex sic moderatur victori-  
 am, vt velit etiam erga hostes exerceri ius na-  
 turae. Cum igitur sexus foemineus sit imbecil-  
 lior, non vult eum à victoribus flagitiose tra-  
 ctari, sed inicit frenum petulantiae. Tertia  
 lex de iure primogeniturae docet instum esse,  
 non quod nobis videtur, sed quod Deus san-  
 xit. Quarta lex tanquam honestum exem-  
 plum commonefacit iuuentutem, parentes &  
 magistratus. Iuuentus agnoscat iudicium  
 Dei & modestius vivat, Parentes seuerius  
 regant filios & filias, Magistratus sciant vo-  
 luntatem Dei esse, vt adiuent parentes &  
 scholas in tuenda disciplina. Postrema lex  
 exaggerat atrocitatem supplicij, quo homines  
 conscelerati olim in crucem agebantur: Ma-  
 ledictus à Deo, qui pendet in ligno. Sic alibi  
 de pœnis non loquitur scriptura. Nam pœne  
 ipse

*ipse non faciunt homines reos, id est, propter pœnas non irascitur Deus, sed propter peccata. Cur igitur de hac pœna tam atrociter loquitur? Existimo tantum propter mortem Christi hoc dictum esse, ut intelligatur in hunc derivatam esse maledictionem, cui genus humanum subiectum fuit, id est, hunc sustinuisse pœnam debitam iusticiæ Dei, & ita pro nobis persoluisse λύτρον.*

## T E X T V S.

**Q**Vando in terra, quam **DOMINVS** Deus tuus daturus est tibi, inuentũ fuerit cadauer hominis interfecti iacens in agro, & ignorabitur cędis autor, egredientur seniores & iudices tui, & metientur vsq; ad ciuitates quę sunt in circuitu cadaueris. Et ciuitatis illius, quę proxima fuerit cadaueri, seniores tollent vitulam de armento, quę nondum sustinuit laborem agriculturę, nec iugum traxit, & ducent eam in vallem saxosam, quę nunquam culta est, nec semen accepit, & præcident ei ceruicem.

Expiatio cędis,  
cuius autor ignoratur.

Et ac-

Et accedent sacerdotes filij Leui,  
 ( quos elegit **D O M I N V S** Deus tuus, vt  
 ministrent ei, & be-  
 nedicant in nomine

Officia sacerdotum.

eius, & sententia ip-  
 forum dijudicetur omnis causa & om-  
 ne detrimentum ) & omnes seniores ci-  
 uitatis illius accedent ad interfectum,  
 & lauabunt manus

Lotio manuum  
 innocentiae symbo-  
 lum.

suas super vitulam,  
 cui in valle ceruix  
 præcisa est, & dicent,  
 Manus nostræ non effuderunt hunc  
 sanguinem, nec oculi nostri viderunt.  
 Propitius esto populo tuo Israël quem  
 redemisti **D O M I N E**. Non imputes san-  
 guinem innocentem populo tuo Israël,  
 & expiabitur reatus sanguinis. Hoc  
 modo auferes à te sanguinem innocen-  
 tem, cum feceris placentia oculis **D O**  
**M I N I**.

Si exieris ad pugnã  
 contra hostes tuos,

Moderatio in vi-  
 ctoria.

& tradiderit eos **D O M I N V S** Deus tu-  
 us in manum tuam, & captiuos duxe-  
 ris, & inter hos videris mulierem for-  
 ma præstantem, & volueris cum ea ma-  
 trimonium contrahere, duces eam in  
 domum

domum tuam, & illa tondebit capillos suos, & unguis recidet, & deponet vestem in qua capta est, & sedens in domo tua deflebit patrem & matrem suam vno mense, quo exacto dormies cum ea, & eris maritus eius, & ipsa vxor tua. Si autem displicuerit tibi, fines eam abire quo volet, nec poteris eam vendere pecunia, aut oppignorare, quia humiliasti eam.

Si habuerit homo duas vxores, vnā dilectam, alteram odiosam, & ex vtraque suscepit liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, & tempus venerit, quo filijs hæreditas distribuenda est, non poterit filium dilectæ facere primogenitum, eumque præferre filio odiosæ, sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, dabitque ei duas partes suarum facultatum, quia hic est principium roboris eius, ideoque debetur ei ius primogenituræ.

Ius primogenituræ.

Si quis habet filium contumacem & rebellem, qui non audit parentum admonitionem, & ca-

Filius helluati-  
ni deditus & con-  
tumax a parentib.  
accusatus, lapidi-  
bus obruatur.

stigatus

flagatus non emendatur, apprehendent  
 cum parentes & ducent ad seniores ci-  
 uitatis illius, & ad  
 portas loci illius, &  
 dicent ad eos, Hic  
 filius noster contu-  
 max & rebellis est, nec audit nostram  
 admonitionem, & est helluo & ebrio-  
 sus. Tunc saxis obruent eum omnes ci-  
 ues illius urbis, vt moriatur, & auferes  
 malum de medio tui,  
 vt vniuersus Israël  
 audiens timeat.

Olim in portis  
 exercebantur iudi-  
 cia.

Cum videt mul-  
 tudo pœnas son-  
 tium, plurimi co-  
 hercentur metu si-  
 milium pœnarum.

Quando homo fe-  
 cerit peccatum mor-  
 te dignum, & sic fuerit interfectus, vt  
 in ligno pendeat, non manebit cada-  
 uer eius per noctem in ligno, sed eo-  
 dem die illud sepelies, quia maledictio  
 DOMINI est suspensus, ne terram tu-  
 am contamines, quam DOMINVS De-  
 us tuus dederit tibi tanquam hæredi-  
 tatem.

## CAPVT XXII.

Argumentum.

INITIO capituli repetit legem de dele-  
 ctione



Etione proximi, quæ est prestare alijs omnia officia à Deo mandata etiam inimicis. Deinde tradit quasdam leges politicas, quarum sunt probabiles rationes. Etsi enim lex diuina præcipue valet propter auctoritatem legislatoris: tamen minime reprehendenda est diligentia querens aliquarum legum probabiles rationes. Postremo seuerissimè præcipit magistratibus, vt leges coniugiorum conseruent, & puniant adulteria, vagas & incestas libidines, & tollant è medio illa dira portentosa, quæ & iram Dei irritant, & polluant genus humanum tetræ libidinum confusionibus quia certissimum est Deum horribiliter irasci & ipsis libidinum confusionibus, & negligentie gubernatorum, qui eas non puniunt, nec fontes è medio tollunt.

## TEXTVS.

**C**VM videris bo-  
uem aut ouem  
fratris tui errantem,  
non occultabis te ab  
eis, sed reducas ea ad

Lex naturæ de di-  
lectione proximi cõ-  
gruens cum dicto,  
Quod tibi non vis  
fieri, alteri ne fe-  
ceris.

fratrem tuum. Quod si frater tuus lon-  
gius abest & non nosti eum, duces ea in  
domum tuam, vt sint apud te, donec à  
fratre

fratre quarantur & à te ei restituantur. Idem facies de asino & vestimento, & de omni re fratris tui amissa & à te inuenta. Non enim poteris occultare eam. Si videris asinum fratris tui aut bouem cecidisse in via, non occultabis te ab eo, sed eum subleuabis.

Non geret mulier arma viri, neq; vir vteretur veste fœminea. Abominabilis enim est DOMINO Deo tuo quisquis hoc facit.

bantes eam vel leuitate in vestitu, vel πολυπραγμοσύνη acerrime odit maximeque detestatur.

Si iter faciens in arbore vel in terra inueneris nidum auiculæ, & mater pullis vel ouis incubauerit, non auferes matrem cum pullis, sed matrem fines auolare & contentus eris pullis, vt benefici sit & longo viuas tempore.

Deus in creatione distinxit marem a fœmina, & alia officia masculino sexui, alia fœminino assignauit. Hanc distinctionem vult esse ratam, & turbantes eam vel leuitate in vestitu, vel πολυπραγμοσύνη acerrime odit maximeque detestatur.

Sicut supra prohibuit coactionē hædi lactentis, ita hoc loco iubet parci auiculæ incubanti, vt nos admoneat de officiis humanitaris non solum erga homines, sed etiam erga bestias. Nam exercentes immanitatem in bestias, assuescunt ad crudelitatem aduersus homines.

I Cum

Cum ædificaueris domum nouam, facies coronã per ambitum tecti, ne poluas domum tuam reatu sanguinis, si quis è tecto delabatur.

Non seres in uinea tua diuersas feminum species, ne sanctifices plenitudinem seminis vnã cum prouentu uinæ.

Non arabis simul boue & asino.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Non indues vestem ex lino & lana contextam.

Funiculos in fimbrijs facies per quatuor angulos pallij tui, quo operieris.

Vult Deus singulos aliorum vitæ parcere. Non enim tantum nobis nascimur, sed vita vniuersa directa esse debet, primum ad agnitionem & celebrationem Dei, deinde ad communem societatem fouendam.

Sic in Ecclesia vitanda est confusio generum doctrinæ, philosophiæ, legis & Euangelij. Est enim Deus amans ordinis & distinctionis.

Cic. 2. de N. D.

Quid de bobus lo-

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

Quar? Quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus terræ subigantur fissione glebarum. Maneat igitur bos arator & asinus gestator onerum, & unicuique conuenientia officia assignentur.

rum Domini, nec sequantur cogitationes suas.  
Fuit ergo hæc forma vestitus monitrix & con-  
cionatrix de distinctione Ecclesiæ ab aliis sectis,  
& de assidua verbi diuini meditatione.

Si duxerit aliquis vxorem, & post  
consuetudinem coniugalẽ cœperit eam  
odisse, & prætextu criminis sparserit  
malam famam de ea, & dixerit, vxor-  
em hanc duxi, cumq; ad eam ingrede-  
rer, non inueni in ea signa virginita-  
tis, tollent eam parentes eius, & profe-  
rent signa virginitatis eius ad seniores  
vrbs, qui in porta sunt, & dicet pater,  
Filiam meam tradidi huic in matrimo-  
nium, quam cum odisset deformauit  
eam dicens, Non inueni in ea signa vir-  
ginitatis. Et ecce hîc sunt signa vir-  
ginitatis filiæ meæ,  
& expandent vesti-  
mentum coram se-  
nioribus ciuitatis.  
Tunc apprehendent  
seniores vrbs illius  
virum & castigatum  
multabunt centum siclis argenti, quos  
dabunt patri puellæ, quia virginem in  
Israël infamia deformauit, & retine-  
bit eam vxorem, nec poterit eam di-  
mittere toto tempore vitæ suæ.

Excudere vestem  
signum erat com-  
minationis: Scin-  
dere, indignatio-  
nis: Expandere,  
euidens probatio-  
nis.

Si autem res ita se habet, & non sunt in ea signa virginitatis inuenta, educentur puella ex domo patris sui, & ciues illius vrbis saxis eam obruent vt moriatur, quia probro deformauit Israël fornicando in domo patris sui, & auferes malum de medio tui.

Si dormierit aliquis cum vxore alterius vterq; morietur adulter & adultera, & auferes malum de Israël.

Tres species adulterii.

I.

Si puella fuerit alieni desponsata, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & rem cum ea habuerit, educes vtrunq; extra portam vrbis, & saxis obrues vt moriantur, puellam quidem quia non clamauit cum esset in ciuitate, virum autem quia humiliauit vxorem proximi sui, & auferes malum de medio tui.

II.

Si autem in agro inuenerit aliquis puellam alteri desponsatam, & comprehensæ vitium obtulerit, ipse morietur solus, puellam vero non lædes, quia nihil commisit morte dignum. Vt enim latro impetu facto in proximum suum interfici-

III.



interficit animam eius, ita res se habet in hoc casu. Nam in agro inuenit eam, clamauitq; puella desponsata, nec aderat ei liberator.

Si inuenerit aliquis virginem nondum desponsatam, & comprehensã vitium obtulerit, & res ad cognitionem deducta fuerit, dabit is qui dormiuit cum ea,

patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & ducet eam vxorem, quia humiliavit eam, nec poterit eandem dimittere toto tempore vitæ suæ.

Nemo ducat vxorem patris sui nec reuelet tegumentũ patris sui.

Stuprũ offerens virgini & ducat eã, & de suo dotem constituat.

Lex Attica erat oratio disiunctiua, Stuprum offerens virgini aut ducat eam, aut det dotẽ.

Prohibet incestũ cum nouerca.

## CAPVT XXIII.

Argumentum.

*In principio capituli recensentur gradus personarum, quibus non licebat in illo populo magistratus gerere, aut sacerdotio fungi. Postea traduntur leges, quæ licentiam turbæ mi-*

litaris frenant. Non enim vult Deus bella sic geri, ut de Philippo Macedone Theopompus apud Athenaeum scripsit: Faciebat suos ductores pugiles iniusticia & leuitatis. Quis enim turpitudinis & atrocitatis non aderat eis? quae virtus non defuit? Pro sobrietate ebrietatem amabant, pro iusticia rapinas & caedes, veritatem vero & pactorum fidem superbe deridebant, periuria denique & imposturas ducebant laudes ingenij, sua negligebant, aliena rapiebant. Haec ille. Quare cum Deus velit suos milites opera naturae verecunde exequi, non difficile intellectu est, quantam diligentiam in alijs officijs postulet. In fine recitatur expressa prohibitio usurarum, quae pugnant cum equalitate. Nemo enim debet lucrari de alieno. Accipiens usuras lucratur de alieno, quia mutuatio transtulit dominium, & quidem rei non sua natura fructificantis. Non est igitur iustum lucrum. Ac res ostendit propter hanc inaequalitatem exhauriri magnam partem hominum, eamque ob causam non modo sacrae literae, sed etiam sapientes extra Ecclesiam usuras vituperarunt, ut Cato in primo de re rustica, Maiores nostri sic habuere, & ita in legibus posuere, furem dupli condemnari, faeneratorum quadrupli. Quanto peiorem ciuem existimauerint

*runt foeneratorem quàm furem, hinc licet existimari.*

TEXTVS.

**N**on intrabit Eunuchus excisis aut fractis testiculis in Ecclesiam DOMINI.

Non intrare in Ecclesiam significat non admitti ad vllam functionem in Ecclesia aut Rep. Ideo autem Eunuchi non admitte-

bantur ad functiones publicas, quia plerunque sunt effœminati, & propter sterilitatem minus solliciti de posteritate.

Non ingredietur spurius in Ecclesiam DOMINI, ne quidem post decimam generationem, ac omnino non veniet in congregationem DOMINI.

Hac lege discernit Deus natos in honesto coniugio a spuris, qui plerunque sunt degeneres. Etsi enim dona Dei non sunt alligata ad carnalem propagationem, tamen Deus vult ho-

nore affici coniugium & thorum immaculatum, & propagari genus humanum non vagis libidinibus, sed eo ordine quem ipse in paradiso instituit & post diluuium confirmavit.

Amonitæ & Moabitæ non ingredientur in Ecclesiam DOMINI, ne quidē post

Nemo sanus hostem ad gubernacula Reip. collocat. Quare cum Amonitæ & Moabitæ

decimam generationem, ac nullo vnquā tempore in congregationem DOMINI venient, quia noluerunt vos instruere com meatibus, pane scilicet & aqua in

hostilem animū declararint aduersus populum Israël vagantē in deserto, non difficile intellectu est, cur nolit Deus quenquam ab his propagatū præfici populo Dei.

via, postquam egressi eratis ex Aegypto, ac præterea conduxerunt contra vos Bileam filiū Beor de Pethor ex Mesopotamia, vt malediceret tibi, sed noluit

Bileam propheta Mesopotamiæ summus post Moysen.

DOMINVS Deus tuus audire Bileam, & conuertit maledictionem in benedictionem tuam, quia diligebat te. Non quaeres pacem, aut bonum eorum in æternum.

Hæc intelligantur de publico odio totius populi aduersus posteros Lot.

Non enim prohibet priuatim in eos conferri beneficia.

Non abominaberis Edomæum, quia frater tuus est, nec Aegyptium, quia peregrinus fuisti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis tertia generatione, intra-

Necessitudo hospitii sancte colenda est.

bunt

bunt in Ecclesiam D O M I N I .

Quando egredieris ex castris tuis contra hostes tuos , caue tibi ab omni re mala .

Si fuerit aliquis inter vos immundus propter pollutionem nocturnam , egrediatur ex castris , nec ad ea redeat ante crepusculum , Lotus autem aqua post solis occasum redeat in castra .

Habebis locū extra castra , ad quem egredieris armatus pala , cumq; foris sederis facies fossulam , vt in ea abscondas excrementa tua .

Nā D O M I N U S Deus tuus ambulat in medio castrorum tuorum , vt te eripiat , & tradat tibi inimicos tuos . Ideo castra tua sint sancta , & nihil fordium in eis conspiciatur , ne discedat à te .

Non trades seruū domino suo , qui ab illo ad te confugit , sed habitabit tecum in loco quem elegerit in aliqua vrbium

Hæc lex admonet nos ne castra filii Dei , id est , Ecclesiã scandalis deformemus , nec imitemur ypupam , quæ proprium nidū contaminat .

Hanc legem de seruo supplice non violando valde illustrat historia , quæ extat apud Senecã lib. 3. de Ira . Cum Augustus cœnaret

I 5 tua-



tuarum, vt ei bene fit.      apud Atedium Pol-  
 Non deglubes eum.      lionem, fregerat v-  
    nus cryftallinum ex  
 feruis. Ad mortem rapi eum Atedius iuffit, nec  
 vulgari quidem periturum morte, murenis ob-  
 iici iubebatur, quas ingens piscina continebat.  
 Euasit e manibus puer, & confugit ad cæſaris  
 pedes, nihil aliud petiturus quam vt aliter peri-  
 ret, nec eſca fieret. Motus eſt nouitate crudeli-  
 tatis Cæſar, & illum quidem dimitti, & cryſtal-  
 lina omnia coram ſe frangi iuffit, complerique  
 piſcinam.

Non ſit meretrix  
 inter filias Iſraël, nec  
 ſcortator inter filios  
 Iſraël.

Scortatores &  
 adulteros punit De-  
 us.

Non afferes mer-  
 cedē meretricis, nec  
 precium canis in do-  
 mum **D O M I N I** Dei  
 tui cuiuſcunq; voti  
 prætextu, quia vtrun-  
 que **D O M I N V S** De-  
 us tuus abominatur.

Meretrix apud  
 Salomonem in Pro-  
 uerbiis eſt imago  
 ſapientiæ contrariæ  
 verbo Dei.

blanditur leuibus ingenijs : tamen Deum contu-  
 melia afficit & multipliciter pijs mentib. nocet.

Canes apud Pau-  
 lum ſignificant hæ-  
 reticos. Eſt igitur  
 procul ab Eccleſia  
 remouenda omnis  
 ſophiſtica, quæ eſt  
 tamen Deum contu-  
 melia afficit & multipliciter pijs mentib. nocet.

Non dabis fratri  
 tuo pecuniam ad vſu-  
 ram, aut alimentum,  
 aut aliam rem quam-

Vult lex Moyſi  
 inter ciues officium  
 mutuatiōis gratu-  
 itum eſſe, quia ci-  
 uis in communica-  
 cunq;

cunque, sed alieno, Fratri autē tuo absq̄ vsura dabis mutuo, vt benedicat tibi **DOMINVS** Deus tuus in omni opere, in terra ad quam occupandam recto cursu contendis.

tionē rerum, quæ communicari possunt, plus obligatus est cui, quam peregrino aut hosti.

Cum votum voveris **DOMINO** Deo tuo, non tarde solues, quia requiret illud **DOMINVS** Deus tuus, & hærebit in te peccatum. Si autem non feceris votum, non admittes peccatum. Quod autem verbis à te conceptum est, id præstandum est, & facies quod sponte vouisti **DOMINO** Deo tuo, sicut te verbis conceptis obligasti.

Vota sunt promissiones rerū honestarum & possibilium. Nam votum non debet esse vinculum iniquitatis. Et ad impossibile nemo obligatur.

Cum ingressus fueris in vineam proximi tui, poteris comedere vuas vsq̄ ad saturitatē, sed nihil in vase tuo repones. Si ambulaueris per segetem proximi tui, poteris vellicare spcias manu tua, sed falcem non immittes in eam.

Iniustissimum est velle locupletari cū iniuria alterius.

## CAPVT XXIIII.

## Argumentum.

*PRIMA lex in hoc capite non sine causa concedit diuortia, sed cause mentionem complectitur, significans ita concedi disunctionem, si qua turpitudine interuenerit. Vetat etiam dimissam rursus duci à dimittente. Reliquæ leges magna ex parte sunt enarrationes septimi præcepti, Non furtum facies.*

## TEXTVS.

**S**I quis duxerit vxorem & eam fœdere coniugii sibi copularit, & ipsa non valuerit gratia apud illum propter aliquam turpitudinem, scribet tabulam diuortij, quam tradet in manum ipsius, eamque dimittet ex domo sua, cumq; egressa alteri nupsert, & ille quoq; oderit eam, dederitq; ipsi libellum repudij, eamque dimiserit ex domo sua, aut mor-

Vetus consuetudo diuortiorū erat, cognita in iudicio causa sciente & assentiente magistratu, scribere tabulas diuortij, nec concedebatur disunctio coniugum propter leues causas, sed certæ & graues causæ dissoluendi tantifœderis iudici exponendæ erant.

tuus

tuus fuerit, non poterit prior maritus  
 rursus ducere eam, cum sit immunda,  
 quia hoc est abominatio coram D O-  
 MINO, ne terram tuam peccato pollu-  
 as, quam D O M I N V S Deus tuus dat  
 tibi tanquam hæreditatem.

Si quis nuper du-  
 xerit uxorem, non  
 proficiscetur in mili-  
 tiam, nec quicquam ei imponetur, sed  
 immunis erit in domo sua, vt vno anno  
 lætetur cum uxore sua.

Noui mariti im-  
 munitas.

Non accipies loco  
 pignoris inferiorem  
 & superiorem mo-  
 lam, quia animam su-  
 am oppignorauit ti-  
 bi.

Hæc æquitate in  
 pignoribus vti de-  
 bemus, ne cripiamus  
 debitoribus simp-  
 liciter necessaria  
 ad victum.

Si quis deprehen-  
 sus fuerit furans fra-  
 trem suum de filiis  
 Israël, & oppignora-  
 uerit aut vendiderit eum, interficietur  
 fur ille, & auferes malum de medio tui.

Pæna plagiarii,  
 qui libero homini  
 seruitutem conci-  
 liat.

Caue diligenter ne fias leprosus, sed  
 facias quæcunq; docuerint te sacerdo-  
 tes Leuitici, & sicut præceperint tibi,  
 ita facies. Memento quid fecerit D O-

MINVS Deus tuus  
Miriam in via post  
exitum ex Aegypto.

Exempla prænarum sunt commonefactiones de penitentia.

Si pximo tuo mutuum dederis, non ingredieris in domum eius, vt pignus auferas, sed foris stabis, & debitor tibi offeret pignus. Si autem pauper est, non retinebis pignus donec eas cubitum, sed reddes ei pignus ante solis occasum, vt dormiens in vestimento suo benedicat tibi. Hæc enim res erit iusticia coram DOMINO Deo tuo.

Iusticia, scil. particularis.

Non negabis mercedem pauperi & inopi, siue sit frater tuus, siue peregrinus, qui versatur in terra tua & intra portas tuas, sed eodem die solues ei mercedem debitam ante solis occasum, quia pauper est, & hac (mercede) sustentat vitam suam, ne clamet contra te ad DOMINUM, & hæreat in te peccatum.

Dignus est operarius mercede sua.

Non morientur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed vnusquisq; pro suo peccato morietur.

Non inflectes ius peregrini & pupilli, nec



li, nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum. Memento quod seruus fueris in Aegypto, & quod DOMINVS Deus tuus te inde redemerit. Ideo præcipio tibi vt hanc rem facias.

Quando messueris  
segerem in agro tuo,      Spicilegia relin-  
& obliuione manipu-      quenda pro paupe-  
lum reliqueris, non      ribus.

reuerteris, vt tollas illum, sed erit peregrini, pupilli & viduæ, vt benedicat tibi DOMINVS Deus tuus in omni opere manuum tuarum. Cum excusseris oleas tuas, non scrutaberis ramos earum vt iterum excutias, sed erit peregrini, pupilli & viduæ. Cum collegeris fructus vineæ tuæ, non exercebis racemationem, sed erit peregrini, pupilli & viduæ. Memento quod & tu seruus fueris in Aegypto, Ideo præcipio tibi vt facias hanc rem.

## CAPVT XXV.

Argumentum.

*PRIMA lex huius capituli sancit equalitatem delicti & pœnæ. Non enim omnia delicta*

delicta capitali supplicio punienda sunt, sed quedam verberibus castiganda. SECUNDA præcipit dare mercedem laboranti. TERTIA lex proponit imaginem Christi & Ecclesie, de qua Augustinus Psalmo 44. inquit, Mortuus est frater noster Christus, resurrexit, ascendit, Susceperunt fratres eius uxorem eius, prædicatione Euangelij, generaturi filios, non per semetipsos, sed per Euangelium propter nomen fratris. In Christo enim Iesu, inquit Paulus, propter nomen fratris ego vos genui. QUARTA lex admonet seculum muliebrem de modestia in omni sermone, gestu & actione. QUINTA approbat contractus, & in his equalitatem requirit. POSTREMA est exemplum primi præcepti, Visitabo iniquitates patrũ in posteritate.

## TEXTVS.

SI inter viros fuerit disceptatio, venient in iudicium, in quo cognita causa iustus iustificabitur, & impius condemnabitur. Si autem impius meritus est plagas, iubebit eum proflerni iudex & cædi pro modo delicti. Summã quadraginta pla-

Pœna non sit maior quam culpa.

garum

garum non excedet, ne si plura verbera  
acceperit deformatur frater tuus ante  
oculos tuos.

Non ligabis os Hanc imaginem  
boui trituranți. ritus seruandi in  
armento eleganter

Paulus transfert ad homines, qui faciunt ope-  
ras. Vt necesse est armentum pasci, ita multo  
magis hominem, cuius laboribus fruimur, ali  
necesse est. Consideretur autem mos Orienta-  
lium, vbi fruges non teruntur, nec excutiuntur  
nostro more, sed calcantur a bobus in ipsis agris  
aut areis, & hac conculcatione grana excutiuntur.  
Est igitur elegans similitudo: Sicut crudele  
esset boues non finire frui suo labore incedentes  
in medijs frugibus, cum ipsorum labore primum  
arata sit terra, & nunc natæ fruges nobis terantur:  
Ita crudele est non frui ministrum bonis illis,  
quæ habet dominus parta labore ipsius, aut  
quæ ipse defendit.

Quando habitauerint fratres si-  
mul, & vnus ex eis absq; liberis mortu-  
us fuerit, vxor defuncti non nubet fo-  
ris alieno, sed ducet eam frater eius &  
fœdere coniugii sibi copulabit, & pri-  
mogenitus quem illa pepererit appella-  
bitur nomine fratris defuncti, vt non  
deleatur nomen eius de Israël. Quod  
si noluerit ducere vxorem fratris sui,  
ibit vidua ad portam ciuitatis, & senio-  
res in hunc modum alloquetur, Affinis  
K  
meus

meus non vult fratri suo nomen exci-  
tare in Israëli, nec constituere mecum  
fœdus coniugij. Tunc accersent eum  
seniores ciuitatis & loquentur cum eo,  
& si perseuerauerit in proposito dicens,  
Non libet mihi eam ducere, accedet vi-  
dua ad eum coram senioribus, & de-  
trahet calceum pedi eius, & expuens in  
viro qui non ædifi-  
cat domum fratris  
sui, & vocabitur no-  
men illius in Israëli,  
domus nudipedis.

Si orta fuerit rixa  
inter duos viros, &  
accurrens vxor vni-

us vt liberet maritum suum de manu  
percutientis eum, iniecta manu appre-  
henderit verenda illius, præcides manū  
mulieris, nec parces ei.

Non habebis in  
sacculo tuo diuersa  
pondera maius &  
minus, nec erit in  
domo tua modius  
maior & minor, pon-  
dus habebis plenum

Aedificare domū  
phrasi scripturæ si-  
gnificat procreatio-  
nem liberorum &  
amplificationem fa-  
milix, vt Psalmo  
127. Nisi Dominus  
ædificauerit domū.

Hæc lex testatur  
Deum miranda sa-  
piëntia ordinasse cõ-  
tractus, & aman-  
tem esse iusticiæ seu  
æqualitatis in con-  
tractibus. Cum e-  
nim singuli indige-  
ant rebus, quas ipsi  
& iustum,

& iustum, & modicum plenum & iustū, ut diu sis superstes in terra, quam D O M I N V S Deus tuus dederit tibi. Abominatur enim D O M I N V S Deus tuus cum qui hæc facit, & omnem qui facit iniquitatē.

Memento quid fecerit tibi Amalec in via post exitum ex Aegypto, quomodo occurrerit tibi & carpsit extremum agmen, omnes videlicet infirmos, qui te sequebantur, quando eras fatigatus labore itineris, & non timuerit Deum. Cum ergo D O M I N V S Deus tuus dederit tibi requiem pacatis omnibus hostibus circum circa in terra quam accepturus es, delèbis memoriam eius sub cœlo. Huius rei non capiat te obliuio.

non habent, vult Deus seruata æqualitate legitimis contractib. & communicatione legitima vitam hominum copulatam esse, ut intelligamus iusticiã æqualitatem esse, & sciamus ipsum æqualem esse.

Nemesis diuina vlciscitur peccata maiorum in posteritate non agente pœnitentiam.

## CAPVT XXVI.

Argumentum.

K 2

CERE-



CEREMONIÆ in lege aut sunt signa voluntatis & operum, Dei erga nos, ut matatio agni, aut sunt signa seu symbola aliquid de nostris moribus significantia aut erga Deum, aut erga homines, ut lex de primitiis sapienter monet, Bona corpori necessaria nec casu offerri, nec sola humana diligentia comparari, sed distribui atq; conferri diuinitus, & à Deo tanquam autore precipuo peti atq; expectari debere. Lex vero de decimis triennialibus precipit, ut eleemosyna inuenimus doctores & pauperes.

## T E X T V S.

CUM ingressus fueris in terram, quam D O M I N V S Deus tuus tibi daturus est tanquam hæreditatem, & occupaueris eam atq; in ea habitaueris, tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in calatho, & ibis ad locum, quem D O M I N V S Deus tuus elegerit, ut ibi habitet nomen eius, cumq; veneris ad sacerdotem, qui fuerit illo tempore, dices ad eum, Confiteor hodie D O M I N O Deo tuo, quod venerim in terram, quam D O M I N V S iura-

iuramento promisit Confessio tribu-  
 patrib. nostris se no- ens Deo laudem ve-  
 bis daturum esse. ritatis.

Sacerdos vero acceptum de manu  
 tua calathum ponet ante altare D O-

MINI Dei tui, Et tu Respondens, sci-  
 respōdens dices co- licet interrogatus a  
 ram D O M I N O Deo sacerdote, Ad quē  
 tuo: Syrus conatus finem offers hoc  
 est perdere patrem munus Domino?  
 meum, qui descendit

in Aegyptum, & ibi peregrinatus est  
 cum paruo cœtu, & factus est ibi gens  
 magna, robusta & numerosa. Sed Ae-  
 gyptij afflixerunt nos, & oppresserunt  
 nos tristi seruitute, Et cum clamare-  
 mus ad D O M I N V M Deum patrum no-  
 strorum, exaudiuit D O M I N V S vocem  
 nostram, viditq; afflictionem, calami-  
 tatem & miseriam nostram, & eduxit  
 nos ex Aegypto manu forti & brachio  
 extento, & pauore magno per signa at-  
 que prodigia, & introduxit nos in hunc  
 locum, & tradidit nobis hanc terram  
 lacte & melle manantem. Ideo nunc of-  
 fero primitias frugum terræ, quam tu  
 D O M I N E dedisti mihi. Et his relictis in  
 conspectu D O M I N I Dei tui, adorabis

CORAM DOMINO Deo tuo, & lætaberis propter omnia bona, quæ DOMINVS Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu & leuita & aduena qui tecum est.

Postquam collegeris omnes decimas prouentuum tuorū

Lex de decimis triennialibus.

anno tertio, qui est annus decimarum, dabis leuitæ, & aduena & pupillo, & viduæ, vt comedant intra portas tuas & saturentur, & dices in conspectu DOMINI Dei tui, Attuli quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud leuitæ, & peregrino, & pupillo & viduæ, sicut præcepisti mihi, non transgressus sum, nec obliuioni tradidi mandata tua. Non comedi ex eis in luctu meo, nec separaui ea in vlla immunditia, nec contuli ex eis quicquam ad funebrem pompam. Obediui

voci DOMINI Dei mei & feci omnia quæ præcepisti mihi.

Augustinus lib. 1. de trinitate: Pie & prudenter in scriptura consideretur quid secundū quid

& propter quid dicatur. Ita hoc loco verba intelligantur non simpliciter de integra legis impletione, quæ in hac vita impossibilis est, sed secundum quid, videlicet de collatione elemosinarum, quibus pauperes alendi erant.

Respi-

Respice de sanctuario tuo de cœlo & benedic populo tuo Israël, & terræ quã dediti nobis, sicut iuramento promissisti patribus nostris terram lacte & melle manantem.

Hodie DOMINVS Epilogus enarrationis Decalogi.

Deus tuus præcepit tibi, vt facias statuta hæc atq; iura, & serues atq; facias ea toto corde tuo & tota anima tua. Do-

MINO promissisti hodie, vt sis Deus tuus Stipulatio inter Deum & Ecclesiã.

& ambules in vijs eius seruando statuta, præcepta atq; iura eius, & obediendo voci eius. Vicissim DOMINVS promittit tibi hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & serues omnia præcepta illius. Et perficiet vt antecellas laude &

nomine & gloria Gloria Ecclesiæ. cunctis gentibus quas fecit, & populus sanctus DOMINI Dei tui, sicut locutus est.

## CAPVT XXVII.

Argumentum.

*CVM ea qua discimus partim oculis, partim*

*partim auribus accipiantur, Moses hoc loco præcipit, ut & saxis insculpatur lex diuina, & à leuitis clarissima voce pronuncietur. Vult enim verbum Dei in Ecclesia abunde habitare. Postea maledictiones propter duas causas legi addit, Primum ut sciamus opus esse iusticie Dei, quod peccata puniuntur tantis calamitatibus. Deinde ut sciamus has ipsas calamitates esse vocem legis commonefacientem nos de pœnitentia.*

## T E X T V S.

**P**Ræcepit autem Moses & seniores Israël populo dicentes, Seruate omnia præcepta, quæ ego præcipio vobis hodie, cumq; transieris Iordanem in terram, quam **D O M I N V S** Deus tuus dabit tibi, eriges tibi ingentes lapides, & calce eos incrustabis, & scribes in eis omnia verba legis huius, postquam transieris, ut venias in terram quam **D O M I N V S** Deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem, sicut locutus est **D O M I N V S** Deus patrum tuorum tibi.

Cum ergo transieritis Iordanem erigite lapides, de quibus ego hodie præcipio



cipio vobis, in monte Ebal, & calce eos in crustabis, & ædificabis ibi D O M I N O Deo tuo altare de lapidibus, qui ferro non tanguntur, de lapidibus integris, & offeres super eo holocausta D O M I N O Deo tuo, & immolabis hostias pacificas, comedesq; ibi, & lætaberis coram D O M I N O Deo tuo, & inscribes lapidibus omnia verba legis huius plane & expresse.

Et dixerunt Moses & sacerdotes leuitici ad totum Israël, Ausculta & audi Israël, hodie factus es populus D O M I N I Dei tui, vt audias vocem eius, & facias præcepta atq; statuta, quæ ego præcipio tibi hodie.

Præcepitq; Moses populo in die illo dicens, Hi stabunt ad benedicendum populo in monte Garisim, postquam transferis Iordanem, Simeon, Levi, Iuda, Isaschar, Ioseph & Benjamin. Et è regione isti stabunt ad maledicendum in monte Ebal, Ruben, Gad, Affer, Zebulon, Dan, & Nephthali, Et incipient leuitæ dicentq; ad omnes viros Israël clarissima voce:

Maledictus homo      Fulmina diuinorum  
qui facit simulachrū      rum maledictionū.

& imaginem fufam , abominationem  
DOMINI, opus manuum artificis, po-  
nitq; illud in abscondito, & respon-  
dens vniuerfus populus dicet, Amen.

Maledictus qui ma-  
ledicit patri suo &  
matri fuæ , & dicet  
omnis populus , A-  
men.

Aequum est fe-  
cundum Deum eos  
colere , per quos  
consecuti fumus vt  
effemus, Theodore-  
tus quæftione 34. in

Deuteronomium. *μὲν τὰ θεῶν δίκαιοι θεοὶ οὐκ εἶναι  
τοῦ θεοῦ δὲ ὄντος τὸ εἶναι παράχρημα.*

Maledictus qui transfert terminos  
proximi fui, & dicet omnis populus,  
Amen.

Maledictus qui cæco autor est erro-  
ris in via, & dicet omnis populus, Amē.

Maledictus qui inflectit ius aduenæ,  
pupilli & viduæ, & dicet omnis popu-  
lus, Amen.

Maledictus qui dor-  
mit cum vxore patris  
fui & retegit fimbriam patris fui, &  
dicet omnis populus, Amen.

Prohibiti gradus  
Leuit. 18.

Maledictus qui coit cum iumento, &  
dicet omnis populus, Amen.

Maledictus qui dormit cum sorore  
fua, filia patris fui vel matris fuæ, & di-  
cet omnis populus, Amen.

Male-

Maledictus qui dormit cum focru sua, & dicet omnis populus, Amen.

Maledictus qui clam percusserit proximum suum, Et dicet omnis populus, Amen.

Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis.

Maledictus qui nō implet verba legis huius, vt faciat ea, & dicet omnis populus, Amen.

Hoc dictum affirmat lege præcipi & postulari integram & perfectam obedientiã. Quam autem triste sit dici maledictum a Deo, sed pia meditatione

non potest verbis explicari, sed pia meditatione comprehendi a piis debet.

## CAPVT XXVIII.

### Argumentum.

*VT IN gubernatione humana videmus leges contemni, si delinquentes non puniantur: Ita consideremus in lege diuina promissiones & comminationes, & longa commemoratio est benedictionum & maledictionum in hoc capite. Nec vero existimemus aut promissiones diuinas similes esse narrationibus de fortunatis insulis & de campo Elyseo, aut commina-*

*minationes inania terriculamenta esse, sed sciamus Deum veracem esse, & recte factura ornare premijs in hac mortali vita, & in futura, & vere irasci peccatis omnibus, qua merentur presentes & aternas pœnas, nisi fuerit facta remissio propter filium.*

## T E X T V S.

**S**IN autem audieris Promissiones legales.  
 ris vocem **D**O-  
**M**INI Dei tui, vt serues & facias omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te **D**O**M**I**N**U**S** Deus tuus excelsiorem omnibus gentibus terræ, venientibus super te vniuersæ benedictiones istæ, & apprehendent te, quod vocem **D**O**M**I**N**I Dei tui audieris, Benedictus eris in ciuitate, & benedictus in agro, Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructusque iumentorum, boum & ouium tuarum. Benedictus calathus tuus, & benedictæ reliquæ tuæ. Benedictus eris ingrediens & egrediens.

Et **D**O**M**I**N**U**S** præcipitabit in conspectu tuo hostes, qui tibi bellum faciunt. Per viam ynam venient contra te, & per

& per septem fugient à conspectu tuo. Præcipiet **DOMINVS** benedictioni vt tecum sit in cella tua, & in omnibus operibus manuum tuarum, benedicetque tibi in terra quam **DOMINVS** Deus tuus dabit tibi.

Excitabit te **DOMINVS** sibi, vt sis populus sanctus, sicut iuramento promisit tibi, eo quod serues præcepta **DOMINI** Dei tui, & ambules in vijs eius, & videbunt omnes populi terræ, quod nomen **DOMINI** sit inuocatum super te, & timebunt te. Perficiet etiam **DOMINVS** vt abundes bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum, & fructu terræ tuæ, quam iuramento promisit patribus tuis se tibi daturum.

Et aperiet tibi **DOMINVS** thesaurum suum bonum, cælum, vt det pluuiam tempestiuam terræ tuæ, & benedicet omnibus operibus manuum tuarum, & dabis mutuum gentibus multis, & à nemine mutuum accipies, & collocabit te **DOMINVS** in capite, non in cauda, & semper eris superior, non inferior, eò quod audieris præcepta **DOMINI** Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie, vt ea serues ac facias, nec  
decli-



declines ab vilo verbo, quod ego hodie præcipio vobis, nec ad dextram nec ad sinistram, sequendo deos alienos & colendo eos.

Quod si audire nolueris vocem DOMINI Dei tui, vt serues

Maledictiones  
seu comminationes  
additæ legi.

& facias omnia præcepta eius & statuta, quæ ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, Maledictus in agro, Maledictus calathus tuus, & maledictæ reliquæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructus boum tuorum, & fructus ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens.

DOMINVS mittet in te infelicitatem, calamitatem & confusionem omnium negotiorum quæ suscipies, donec deleat & perdat te subito propter conatus tuos pessimos & quod deseruisti me. Adhærere faciet tibi DO-

Herodotus lib. 9.  
ἐχθιστὴν δὲ ὁ δὴ τῶν τῶν  
ἐν ἀπείρατοις αὐτῶν,  
πικρὰ φρονιστὰ μὴ  
δυνὸς κεραιῶν.  
Summa miseria hominis est frangi inani contentione, quæ nec tibi, nec aliis profit.

MINVS

MINVS pestilentiam,  
donec deleat te de  
terra, ad quam occu-  
pandā accedis. Per-  
cutiet te DOMINVS  
tumore, feбри, ardo-  
re, inflammatione,  
siccitate, aëre vene-  
nato & Ictérico, &

Omnis coagmen-  
tatio corporis vel  
calore, vel frigore,  
vel aliqua impulsio-  
ne vehementi labe-  
factatur & frangi-  
tur, & ad morbos  
senectutemque cō-  
pellitur, Cic. de  
vniuersitate.

persequetur te donec perdat te.

Cælum quod supra caput tuum est  
erit æneum, & terra sub te erit ferrea.  
DOMINVS dabit terræ tuæ pro plu-  
uia puluerem & cinerem de cælo, do-  
nec deleat te. Impellet te DOMINVS  
in ruinam coram hostib. tuis, per vnā  
viam egredieris contra eos & per alias  
septem fugies eos, & dispergeris in  
omnia regna terræ. Et cadauer tuum  
cibum præbebit cunctis volatilib. cæli  
& bestijs terræ, & non erit qui abigat.

Percutiet te DOMINVS vlcere Ae-  
gypti, ficosis pustulis, scabie & pruri-  
tu immedicabili. Percutiet te DOMI-  
NVS amentia & cæ-  
citate, & furore, vt  
palpes in meridie, si-  
cut palpare solet cæ-

Cic. de Aruspi-  
cum responsis: A  
dijs quidem immor-  
talibus quæ potest  
cus in

cus in tenebris, & eris infelix in vijs tuis.

homini maior esse pœna, furorē atque dementia? nisi forte in Tragœdijs,

quos vulnere ac dolore corporis cruciari ac consumi vides, grauiore deorum immortalium iras subire, quam illos qui furentes inducuntur putas. Non sunt illi eiulatus & gemitus Philoctetæ tam miseri (quanquam sunt acerbi) quam illa exultatio Athamantis & quam somnum matricidarum. Nam corporis quidem nostri infirmitas multos subit casus per se, denique ipsum corpus tenuissima sepe de causa conficitur. Deorum tela in impiorum mentibus figuntur. Idem in Pisonem: Diis immortalibus pœnas, quæ grauissimæ sunt, furorē atque amentia, persoluit.

Eris circumuentus calumnia & vi manifesta oppressus omni tempore, & ne-

Iniuriæ sunt duplices: Aut enim sunt palam, aut fraude.

mo tibi opem feret. Vxorem duces, & alius dormiet cum ea. Domum ædificabis & non habitabis in ea. Plantabis vineam & non colliges fructus ex ea. Bos tuus mactabitur coram te, & non comedes ex eo. Asinus tuus rapietur in conspectu tuo, & non reddetur tibi. Oves tuæ dabuntur hostibus tuis, & nemo erit qui tibi opituletur.

Filij tui & filia tuæ tradentur alteri popu-

populo, & oculi tui hoc spectaculo contabescant omni tempore, & non erit robur in manibus tuis.

Apud Herodotum lib. 3. extat historia de Psammenito rege Aegyptio digna memoria:

Cum filia duceretur inter captiuas

seruili habitu, missas ad aquam ferendam, sedit pater Psammenitus inter captos, videns praeter euntem filiam, ac caeteris plorantibus ipse tacitus sedit, oculis in terram defixis. Postea cum filius duceretur inter caeteros interficiendus, sedit eodem modo tacitus. Post hos cum familiaris quidam duceretur inter captiuos, plorare & caput ferire coepit. Hæc cum animaduertisset Cambyses, interrogari eum iussit, cur nunc ploraret, cum antea tacitus vidisset duci filiam & filium? Respondit, Domestica mala maiora esse lacrymis, Sed amici calamitatem posse lacrymis significari. οὐκ ἔστιν ἄλλο τι κακίον ἢ ὅτι ἀνακλειόμενοι τοῦ θεοῦ ἵστανται πρὸς αὐτὸν ὡς δακρυῶν.

Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedet populus quem ignoras, & semper calumnia circumuentus eris & vi oppressus cunctis diebus, & amens propter ea quæ in oculos tuos incurrent.

Percutiet te DOMINVS vlcere malo in genibus & tibijs, quod erit insanabile, à planta pedis tui vsq; ad verticem tuum.

Ducet te DOMINVS & regem tuum quem tibi præficies, ad gentem quam

quam ignoras tu & patres tui, & feruies ibi dijs alienis, ligno & lapidi, & eris spectaculum, prouerbium & ludibrium omnibus populis ad quos te duxerit  
DOMINVS.

Multum seminis sparges in terram, & parum congregabis, quia locustæ depascentur segetes. Vineam plantabis & coles, & vinum non bibes neq; colliges, quia vermis absument vuas. Oliueta habebis in omnibus terminis tuis, & tamen oleo non ungeris, quia olea extirpabuntur. Filios & filias procreabis, nec tamen erunt tui, quia captiui abducentur. Omnes arbores & fructus terræ tuæ insecta absument.

Aduena, qui tecum versatur, euehatur ad fastigium & supra te eminebit, Tu autem deijceris de gradu, & semper subiectus eris. Ipse dabit tibi mutuum, & tu non dabis ei mutuum. Ipse erit caput & tu eris cauda.

Et venient super te omnes maledictiones istæ, & te persequentur & comprehendent, donec intereas, eò quod non audieris vocem DOMINI Dei tui, nec seruaueris præcepta eius atq; statuta;  
Causa omnium calamitatum.  
quæ



quæ præcepit tibi. Et erunt in te signa atq; prodigia & in semine tuo in perpetuum, eò quod non seruieris DOMINO Deo tuo cum quodam gaudio & laticia cordis in rerum omnium abundantia. Et hosti tuo, quem in te immitteret DOMINVS, seruiet in fame & siti, nuditate & omnium rerum penuria, & imponet collo tuo iugum ferreum donec te debeat.

Excitabit DOMINVS contra te gentem procul dissitam à finibus terræ instar aquilæ volantis, gentem cuius linguam non intelligis, gentem immanē quæ non veretur personam senis, nec parcat infanti, quæq; deuorabit fructū iumentorum tuorū, & fructum terræ tuæ donec te debeat, nec relinquet tibi frumentum, vinum & oleum, aut fructus boum & ouium donec te perdat. Et rediget te in angustias in omnibus portis tuis, & deiciet muros tuos altos & firmos, in quibus collocabas fiduciam in tota terra tua, Et redi-

Bellum.

Sic contra Turcicam immanitatē nemini vel dignitas, vel ætas, vel sexus, vel locus ad quem supplices cōfugiunt, prodest.

geris in angustias in omnibus portis tuis in tota terra tua, quam DOMINVS Deus tuus dabit tibi.

Et comedes fructū ventris tui, & carnem filiorum tuorū & filiarum tuarum, quas dederit tibi DOMINVS Deus tuus,

He comminationes legi & cogitari a piis sine aliqua animi consternatione non possunt.

## FAMES.

in angustia & tribulatione, qua te vrgebit hostis tuus. Homo delicatus inter vos & languidis liquefactus voluptatibus, inuidebit fratri suo & vxori quam in sinu suo fouet, & filio qui adhuc superstes est ex mascula sobole, carnes filiorum suorum quas comedet, cum nihil præterea habeat, in angustia & tribulatione, qua te vrgebit hostis tuus in omnibus portis tuis.

Fœmina quæ antea inter vos delicata & voluptatibus enervata fuit, nec ausa pede terram attingere quadam mollicie & amore voluptatum, inuidebit viro quem brachijs complectitur, & filio atq; filia suæ secundinam, quæ de medio pedum ipsius egressa est, & filios quos in lucem edidit. Comedent enim eosdem propter commeatum inopi-

inopiam, in angustia & tribulatione, qua vrgebit te hostis tuus in portis tuis.

Quod si non ser-

MORBI.

uaueris & feceris omnia verba legis huius, quæ perscripta sunt in hoc libro, & timueris nomen hoc gloriosum & terribile, DOMINUM scilicet Deum tuum, mirandis modis te Deus tractabit, plagis dico quibus te & semen tuum premet, plagis magnis & diuturnis, morbis magnis & diuturnis, & sinet in te irruere omnes morbos Aegypti, quos metuis, & adhærebunt tibi, Omnem quoque morbum & omnem plagam, quæ non est scripta in libro legis huius, inducet DOMINUS super te, donec te debeat, & relinquemini exigui numero, cum prius fuissetis sicut stellæ cæli quod ad multitudinem attinet, eò quod non audieris vocem DOMINI Dei tui.

Et sicut ante lata-

Deus letatur dando bona generi humano & Ecclesiæ.

tus est de vobis, vt benefaceret vobis, & multiplicaret vos, sic

lætabitur in vobis perdendis ac delendis, & exterminabimini de terra, ad quam occupandam pergis. Disperget enim

enim te DOMINVS inter omnes populos ab vno fine terræ ad alium, vt colas ibi deos alienos, quos tu ignoras & patres tui, lignum & lapidem.

Præterea inter gentes illas non habebis fixum domiciliū, neque pes tuus cōquiescet. Nam DOMINVS dabit tibi eo in loco cor inquietum, & oculos tabe consumptos, & animam languentem, & erit vita tua suspensa ante te. Noctu & interdium pauidus eris, nec

Imago malæ conscientia, quæ penam semper ante oculos versari putat, & subinde expauescit, vt pueri imaginib. somniorum terrentur. Nā mala cōscientia instat & urget, & quoteunque verteris persequitur, vt nunquam liceat quietamente consistere.

certam vitæ spem concipies. Mane dicces, quis dabit mihi vesperam? & vespere quis dabit mihi mane? propter pauorem, quo expauescet cor tuum, & propter ea quæ in oculos tuos incurrent.

Et reducet te DOMINVS nauibus in Aegyptum per viam, de qua dixi tibi, deinceps non videbis eam. Ibi venderis hostibus tuis vt sis seruili conditione, & nemo erit qui emat.

## CAPVT XXIX.

## Argumentum.

*MOYSES vocatus ad vite exitum facit officium optimi legislatoris suadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis. Commemorat enim præterita beneficia, ut hoc modo populum flectat ad reuerentiam & subiectionem erga Deum. Deinde repetit exempla pœnarum, ut securitatem emendet. Addit etiam prædictionem de futuris calamitatibus, quarum causa est contumacia in atrocibus delictis. Postremo amplificat miracula, ut horum recordatione permoti discant Deum timere reiectis omnibus idolis.*

## TEXTVS.

**H**ÆC sunt verba Renouatio prioris fœderis. fœderis, quod Renouatio prioris fœderis. præcepit DOMINVS Moſi, ut faceret cum filijs Iſraël in terra Moab, præter illud fœdus, quod cum eis fecerat in Horeb, Vocauitq; Moſes totum Iſraël & dixit ad eos, Vos Synecdoche. Nō enim omnes, ſed a- vidiftis vniuerſa, quæ fecit



fecit **DOMINVS** cor-  
ram vobis in terra  
Aegypti, Pharaoni  
& omnib. seruis eius,  
& toti terræ illius,

tentationes magnas, quas viderunt o-  
culi tui, & signa illa atq; prodigia in-  
gentia. Et non dedit  
vobis **DOMINVS**  
cor intelligens, & o-  
culos videntes, & au-  
res quæ possint au-  
dire ad hunc vsque  
diem.

bus ab initio fidei attenditur, Deum profitemur  
autorem, & non dubitamus ab ipsius gratia om-  
nia hominis merita præueniri, per quem fit, vt  
aliquid boni & velle incipiamus & facere, quo  
vtique auxilio & munere Dei, non aufertur li-  
berum arbitrium, sed liberatur, vt de tenebroso  
lucidum, de prauo rectum, de languido sanum,  
de imprudente sit prouidum.

Ego duxi vos quadraginta annis per  
desertum, non sunt attrita vetustate  
vestimenta vestra in vobis, nec calcei  
pedum vestrorum vetustate consumti  
sunt, Panem non comedistis, vinum &  
ficeram non bibistis, vt sciretis quod  
ego sum **DOMINVS** Deus vester.

Cum

aliqui in hoc cœtu  
ante annos quadra-  
ginta viderant mir-  
randa facta edita in  
Aegypto.

Cælestinus in E-  
pistola pro Prospe-  
ro & Hilario: Om-  
nium bonorum af-  
fectuum atque ope-  
rum, & omniū stu-  
diorum, omnium-  
que virtutum, qui-

Cum autem in hunc locum venissetis, egressi sunt Sihon rex Hesbon, & Og rex Basan, ut cominus nobiscum congredierentur. Sed nos percussimus eos, & terram eorum occupatam assignauimus hereditatis loco Rubenitis, Gaditis & dimidiæ tribui Manasse. Seruate ergo verba pacti

huius & facite ea, ut prudentes sitis in omnibus quæ facietis.

Verbum Dei est fons veræ sapientiæ, ut Psalmo 119. dicitur: Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo.

Super omnes docentes me sapientem me fecisti, quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi, quia mandata tua custodiui.

Vos statis hodie cuncti coram DOMINO Deo vestro, principes tribuū vestrarum, seniores vestri & præfecti vestri, & singuli in Israël, paruuli vestri & vxores vestræ, & aduenæ

In societate multorum necesse est alios præesse, alios parere. Natura enim imprudentiora & imbecilliora parent prudentioribus & fortioribus, quia indigent alieno ductu, consilio & defensione.

qui tecum versantur in castris tuis, denique lignorum tuorum sectores & qui aquas tuas hauriunt, ut in eas fœdus DOMINI Dei tui, quod hodie iuramento

mento sancitum tecum constituit, vt faciat te suum populum, & ipse sit DOMINVS Deus tuus, sicut locutus est tibi, & sicut iuravit patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob.

Nec vero vobiscum duntaxat hoc fœdus iuramento sancitum constituo, sed & cum omnibus qui hodie apud nos hîc stant coram DOMINO Deo nostro, & cum ijs qui hodie non sunt hîc nobiscum. Vos enim scitis, quomodo habitauerimus in terra Aegypti, & quomodo transferimus per medium gentium, per quas cum transfiretis, vidistis abominationes & idola eorum, lignum & lapidem, argentum & aurum, quæ apud eos erant.

Ne forte sit inter vos vir aut mulier, aut familia, aut tribus, cuius cor hodie auersum sit à DOMINO Deo nostro, & vadat vt seruiat dijs illarum gentium, & ne forte sit inter vos radix germinans fel & absinthium. Et vt maxime audiat verba iuramenti huius, tamen benedicat sibi in corde suo dicens,

Sum felix, quia sequor sensum cordis mei,

Imago securitatis humanae in rebus secundis.

mei, vt pereat ebria  
cum sitiente.

Ebrietas significat *ἰδελοσοφίαν καὶ ἰδελοθεητικίαν*, id est,

opinionēs & cultus humana audacia excogitatos, vt Esaia 28. dicitur, Omnes mensæ replentæ sunt vomitu, id est, confusione opinionum, cultuum & morum. Sunt igitur ebrii duces impietatis. Sitientes vero sunt auditores curiosi, quorum aures abhorrent a nota & vilitate doctrinæ, & nouum genus doctrinæ auidè expetunt. Verissima est autem Psalmi 125. vox: Declinantes ad prauitates suas ducet Dominus cum operantibus iniquitatem, id est, Non minori pœna digni sunt, qui sequuntur alterum, quam ii qui ipsi fuerunt impietatis duces.

Huic non volet esse propitius DOMINVS, sed tunc fumabit ira eius & zelus aduersus talem hominem, & acquiescent in eo omnes maledictiones scriptæ in hoc libro, & delebit DOMINVS nomen eius sub cœlo, & separabit eum ad malum ex omnibus tribubus Israël iuxta omnes maledictiones fœderis, quæ scriptæ sunt in libro huius legis.

Et dicet posteritas, nimirum filij vestri, qui vobis succedent, & alieni qui ex remotissimis locis veniunt, cum viderint plagas huius terræ, & morbos quibus eam oppressit DOMINVS, & quod sulphure & sale combusserit omnem

nem terram, vt nullū in ea semen spargi possit, nec quicquam ibi germinet, aut herbescentem viriditatem eliciat, non aliter quā Sodoma, Gomorra, Adama & Seboim euersæ sunt, quas **DOMINVS** in æstu iræ suæ & indignatione euertit. Et dicent omnes gentes, **Quare sic fecit DOMINVS** terræ huic? **Quæ est hæc ira indignationis tam vehementis?**

Et respondebunt,  
**Quia dereliquerunt**  
**factū DOMINI Dei**  
**patrum suorū, quod**

Præcipua causa  
 euerfionis omnium  
 regnorum est idolatria.

pepiguit cum eis, quando eduxit eos de terra Aegypti, & abierunt & seruerunt dijs alienis, & adorauerunt eos, quos ignorabant, & qui nihil eis dederunt. Ideo exarsit ira **DOMINI** contra hanc terram, vt induceret super eam omnes maledictiones, quæ in hoc libro scriptæ sunt, & eiecit eos ex terra sua in ira, & in ardore, & indignatione magna, & transtulit eos in terram alienam, sicut res hodie se habet.

Secreta **DOMINI** Dei nostri reuelata sunt nobis & filijs nostris perpetuo,

Psalmo 147. Nō  
 fecit taliter omni  
 vt fa-



vt faciamus omnia nationi & iudicia  
 verba legis huius. sua non manifesta-  
 uit eis.

## CAPVT XXX.

## Argumentum.

Dvo sunt in hoc capite loci insignes,  
 PRIOR concio pœnitentia & promissio re-  
 conciliationis & mitigationis pœnarum. Ut  
 enim supra horribiles comminationes propo-  
 suit ad perterrefaciendos epicureos & hypo-  
 critas, ita nunc perterrefactos consolatur spe  
 veniæ, & agentibus pœnitentiam promittit  
 conuersionem maledictionum in benedictiones.

ALTER locus est necessaria commonefa-  
 ctio, vt sic de essentia & voluntate Dei sen-  
 tiamus, sicut se in verbo suo patefecit, & af-  
 firmat sic recte agnosci & apprehendi Deum.  
 Hanc doctrinam constat sepissime repetitam  
 esse in multis concionibus Christi, propheta-  
 rum & apostolorum, vt Psalmo 119. Lucer-  
 na pedibus meis verbum tuum. Esa. 8. Ad  
 legem & ad testimonium. Quod si non dixe-  
 rint iuxta verbum hoc non erit eis lux matu-  
 rina. Talibus testimonijs muniamus & con-  
 firmemus nos, ne labantur infirmæ mentes ad  
 speculationes de Deo extra patefactum ver-  
 bum,

*bum, sicut labitur Eua & alij innumerabiles*

T E X T V S.

**C**V M ergo venerint super te omnes hi sermones, benedictiones & maledictiones, quas propono tibi, & redieris ad cor tuum, ubicunq; fueris inter gentes, inter quas te dissipauerit **DOMINVS** Deus tuus, & conuersus fueris ad eum, & obedieris voci eius tu & filij tui toto corde tuo & tota anima tua, conuertet **DOMINVS** Deus tuus captiuitatem tuam, ac miserebitur tui, & rursus congregabit te ex omnibus populis, inter quos te dissipauerat.

Si ad fines cœli fueris eiectus, inde te congregabit **DOMINVS** Deus tuus, & transferet in terram quam possederunt patres tui, & possidebis eam, & benefaciet tibi, & multiplicabit te magis quàm patres tuos.

Circumcidet **DOMINVS** Deus tuus cor tuum & cor seminis tui, vt diligas **DOMINVM** Deum tuum toto corde tuo,

Circumcisio carnis erat externa ceremonia sine vera fiducia misericordie & vera inuocatione in agnitione mediatoris, denique sine Spiritu S. & tota

& tota anima tua, Circumcisio cor-  
 vt possis viuere. dis est fiducia mi-  
 sericordie promissæ

propter mediatorem, de quo externa ceremonia  
 Iudæos commonesaciebat tanquam signum &  
 pignus promissionis. Affirmat igitur Moses fi-  
 dem esse morum diuinitus accensum.

Omnes autem maledictiones has im-  
 ponet DOMINVS inimicis & hostibus  
 tuis, qui te persequantur.

Tu autem conuerteris & audies vo-  
 cem DOMINI, faciesq; vniuersa præ-  
 cepta, quæ ego præcipio tibi hodie, &  
 DOMINVS Deus tuus dabit tibi feli-  
 citatem in cunctis operibus manuum  
 tuarum, in fructu ventris tui, in fructu  
 iumentorum tuorum, in fructu terræ  
 tuæ, vt tibi bene sit. Reuertetur enim  
 DOMINVS, vt gaudeat super te ad be-  
 nefaciendum, sicut læticiam cepit ex  
 patribus tuis, eò quod audieris vocem  
 DOMINI Dei tui & seruaueris præce-  
 pta eius & statuta, quæ scripta sunt in  
 libro legis huius, & conuersus fueris ad  
 DOMINVM Deum tuum toto corde  
 tuo & tota anima tua.

Nam præceptum  
 quod ego præcipio  
 tibi hodie non est ti-

Loquitur de fa-  
 cilitate cognitionis  
 non de implerione.  
 Nam impletio legis  
 bi igno-

bi ignotū, neq; pro-  
cul positum, neq; in  
cœlo, vt possis dice-  
re, Quis ascendet  
nobis in cœlum & id  
ad nos perferet, vt audiamus & facia-  
mus? Nec est vltra mare, vt possis di-  
cere, Quis trajiciet nobis mare & id ad  
nos perferet, vt audiamus & faciamus?  
Sed valde propin-  
quum est tibi verbū  
in ore tuo & in cor-  
de tuo, vt facias illud.

non est nostrarum  
virium, sed Dei do-  
num, sicut supra  
dixit, Circumci-  
det Dominus cor  
tuum.

Abducit nos Moy-  
ses a chao cogita-  
tionū humanæ ra-  
tionis, & iuxta hoc  
verbum vult nos agnoscere Deum, non vagari  
cogitationibus, sicut vagantur Ethnici & omnes  
impii. Hanc generalem admonitionem accom-  
modat Paulus ad verbum de mediatore, quod  
quidem & Moses complectebatur, etsi ibi non  
expresse nominat mediatorem, sed tamen de  
omni verbo Dei loquitur. Apostolus vero illu-  
strans dictū Moyfi, expresse nominat mediatorē.

Ecce, hodie tibi proposui vitam &  
bonum, mortem & malum, dum præci-  
pio tibi hodie, vt diligas DOMINVM  
Deum tuum, & ambules in vijs eius, &  
serues præcepta eius, & statuta atq; iu-  
dicia, & viuas atq; multipliceris, bene-  
dicatq; tibi DOMINVS Deus tuus in  
terra ad quam occupandam pergis.

Si autem

Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris, sed fascinatus adoraueris deos alienos & colueris eos, prædico hodie futurum esse, vt pereatis & non diu superstitis sitis in terra, ad quam occupandam traiccto Iordane pergis.

Testes adhibeo hodie contra vos cœlum & terram. Ego vobis proposui vitam & mortem, benedictionem & maledictionem, vt eligas vitam & viuas tuum & diligas DOMINUM Deum tuum, atq; obedias voci eius, & ei adhareas. Nam ipse est vita tua & longitudo dierum tuorum, vt habites in terra quam iuramento promisit DOMINVS se patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob daturum esse.

Firmissime statuendum est vitam Dei opus esse. Ac vtile est aduersus Epicureas imaginationes confirmari fidem illustribus testimoniis, qualia hæc sunt, Deut. 30. Ipse est vita tua & longitudo dierum tuo-

rum. Act. 17. In ipso sumus, viuimus & mouemur. Talibus testimoniis confirmati certo statuamus vitam nobis a Deo dari & conseruari, & quotidie ei gratias agamus, agnoscamus conditorem, & petamus vt nos seruet, gubernet, & protegat.



## CAPVT XXXI.

## Argumentum.

*IN HOC capite Moyses moriturus com-  
mendat sacerdotibus & magistratibus legem,  
illis quidem ut doctoribus, his vero ut execu-  
toribus, quia lex sine executione nihil valet,  
& mandato Dei designat successorem Iosuum,  
ac predicat populum discessurum esse à verbo  
Dei, & attracturum poenas nisi aliter quam  
Cecias ventus nubes ad se attrahere dicitur.  
Vides igitur Moysen ferere arbores que al-  
teri seculo profint, & de posteritate vehemen-  
ter sollicitum esse. Hanc sollicitudinem omnes  
pij imitentur, & quantum fieri potest non  
tantum suæ ætatis hominibus, sed etiam po-  
steris consulant & prouideant.*

## TEXTVS.

**A** Biens itaq; Mo-  
ses locutus est Mandatū de oc-  
cupanda terra.  
omnia verba hæc ad vniuersum Israël,  
& dixit ad eos, Centum viginti anno-  
rum sum hodie, non possum deinceps  
egredi & ingredi, præterea dixit Do-  
MINVS ad me, non transibis Iorda-  
nem

nem istum, DOMINVS Deus tuus antecedit te, & delebit gentes istas ante te, & occupabis eas. Hic Iosua antecedit te, sicut locutus est DOMINVS, facietq; DOMINVS eis, sicut fecit Sihon & Og regibus Amorceorum & terrarum, deleuitq; eos. Cum ergo & hos tradiderit vobis DOMINVS, similiter facietis eis, sicut præcepi vobis.

Estote magno & infracto animo, nolite timere aut re-  
 formidare faciē eorum, quia DOMINVS Deus tuus committatur te, nec destituet te suo præsidio neq; deseret te.

*παρακίλισσι τρα-  
 τυική.* Fide expectate bonos exitus. Hæc fide vincite agores, & fortiter seruite vocationi.

Vocavit autē Moyses Iosua, & dixit ad eum coram toto Israël, Sis magno & infracto animo. Tu enim introduces populum istum in terram, quam daturum se patribus eorum iuravit DOMINVS, & tu distribues eis hæreditatem. Et DOMINVS qui est ductor tuus erit tecum, nec præsidio suo

Quemadmodum poeta boni & actores industrii solent, Sic Moyses in extrema parte & conclusione muneris ac officii sui diligentissimus est.

suo destituet te, neq; deseret te. Noli timere aut expauescere.

Scriptis vero Moses legem hanc & tradidit eam sacerdotibus filijs Leui, qui gestabant arcam fœderis DOMINI, &

cunctis senioribus Israël, præcepitq; eis dicens, Post septem annos quando celebratur annus remissionis, in festo tabernaculorum conuenientibus cunctis Israëlitis, vt appareant coram DOMINO Deo tuo, in loco quem elegerit

DOMINVS, leges verba legis huius audiente vniuerso populo vnum in locum congregato, tam viris quam mulieribus, paruulis & aduenis, qui sunt intra portas tuas, vt audientes discant, & timeant DOMINVM Deum

suum, & seruent ac faciant omnia verba legis huius. Filij quoq; eorum, qui adhuc rudes & imperiti sunt audiant & discant, vt timeant DOMINVM Deum vestrum,

Non solis sacerdotibus commendat legē, sed etiam senioribus Israel, vt significet magistratum custodem esse Decalogi.

Præcipit leuitis lectionem integræ legis, & finem lectionis cōstituit timorem Dei, cuius appellatione continentur omnia opera a Deo mandata seu cultus Dei.

vestrum cunctis diebus, quibus viuetis in terra, ad quam occupandam transmissio Iordane contenditis.

Et ait D O M I N V S ad Mosen, Ecce appropinquant dies mortis tuæ, Voca Iosua & stete in tabernaculo testimonij, vt præcipiam ei. Abierunt ergo Moses & Iosua, & steterunt in tabernaculo testimonij. Ap-

Testimonium de  
vocatione Iosua.

paruitq; D O M I N V S in tabernaculo in columna nubis, & stetit columna in ostio tabernaculi.

Dixitq; D O M I N V S ad Mosen, Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste confurgens fornicabitur post deos alienos, in terra ad quam pergit, & derelinquet me, & violabit pactum meum, quod pepigi cum eo. Et exarscet ira mea contra eum in die illo, & deseram eum, & abscondam faciem meam ab eis, vt deuorentur, cumq; irruerint in eum multa mala & afflictiones, dicet, An non ideo quia Deus non est mecum, obruerunt me ista mala, Ego autem abscondam faciem meam illo die, propter omnia mala quæ fecit conuertendo se ad deos alienos.

Nunc igitur scribite vobis canticum istud, & docete filios Israël, & ponite in ore eorum, vt sit mihi canticum istud testimonium inter filios Israël. Introducam enim eum in terram, quam iuramento promissi patribus eius, lacte & melle manantem. Cumque comederint & saturati & obesi fuerint, conuertent se ad deos alienos, & serui-ent eis, & blasphemabunt me, & violabunt pactum meum. Cum autem obrue-

rint eos mala multa & afflictiones, respondet eis hoc carmen tanquam testimonium, quod nulla delebit obliuio ex ore seminis eorum. Scio enim cogitationes eorum, quas in animo agitant, priusquam introducam eos in terram iuramento promissam. Scripsit

Præcipue Deus Musicam generi humano ideo attribuit, vt cantu comprehenderetur & aliis traderetur vera doctrina de essentia & voluntate Dei, simul vt memoria extenderetur, quia cantilenarum diuturnior est memoria, & vt affectus doctrinæ congruentes excitarentur. Ideo semper in templis veræ Ecclesiæ, & retenta est Musica, & culta est.

Luxuriant animi reb. plerunque secundis. Nam res secundæ aut languefaciunt timore Dei, aut omnino extinguunt.



psit itaq; Moses hoc canticum illo die & docuit filios Israël.

Præcepitque Iosuzæ filio Nun, & ait, Sis magno & infracto animo, Tu enim introduces filios Israël in terram iuramento promissam, & ego ero tecum.

Cum igitur Moses integre verba huius legis in libro scripsisset, præcepit leuitis, qui gestabant arcam fœderis

**D O M I N I**, dicens, Accipite librum legis huius, & reponite eum in latere arcæ fœderis **D O M I N I** Dei vestri, vt sit ibi contra te in testimonium. Ego enim noui contumaciam tuam & ceruicem tuam duram, Si enim hodie me adhuc viuente vobiscum, inobedientes estis **D O M I N O**, quanto magis post meam mortem eritis (contumaces.)

Cum Alexandro ex spoliis Babylo-  
nicis ingentis præ-  
cii serinium esset  
oblatum, & cæteri  
ad res preciosas  
asseruandas id des-  
tinassent, respon-  
dit Alexander, Nul-  
li rei magis idone-  
am eam arculam,  
quã Homericò po-  
emati asseruando.  
Nobilissimo enim  
thesauro non mi-  
nus nobile vascu-  
lum, in quo repo-  
neretur conuenire.  
Plinius lib. 3. cap.  
29. Ita ex recepta-  
culi dignitate the-  
sauri videlicet Deu-

teronomii præcium æstimari potest.

Congregate ad me omnes seniores tribuum uestrarum & p̄fectos, vt pronunciem hæc verba ipsis audientibus, & testes contra eos adhibeam cœlum & terram. Noui enim quod post meam mortem sitis futuri longe deteriores, & discessuri à via quam p̄cepi vobis. Tunc accident vobis mala, eò quod feceritis malum in conspectu DOMINI, vt irritaretis eum per opera manuum uestrarum. Locutus est ergo Moses audiente vniuersa multitudine Israël verba carminis huius integre.

Sapientis gubernatoris est longe prospicere futuros calus Reipub. Cic. Lælio.

## CAPVT XXXII.

Argumentum.

*ETSI senibus pressum & mite & limatum eloquentie genus conuenit: tamen Moyse oratio in hoc carmine grandior est, cuius prima pars recenset beneficia huic populo exhibita, videlicet electionem, gloriosam educationem ex Aegypto, mirandam gubernationem & defensionem in deserto, occupationem terra*

terre Canaan, & omnium rerum copiam & varietatem. Solent enim prophete commemoratione diuinorum beneficiorum acuere suas conciones, in quibus populi contumaciam accusant. *ALTERA* pars exaggerat ingratitudinem populi discedentis horribili audacia à primo precepto. *TERTIA* denunciat pœnas, quas idolatria, contemptus ministerij & alij furores merentur. *QUARTA* promittit reliquijs Ecclesie conuersis ad Deum conseruationem & mitigationem pœnarum. Intertextitur autem huic carmini insigne vaticinium de vocatione gentium ad societatem Ecclesie & de reiectione Iudeorum. Obseruentur etiam in hoc carmine venustæ figura, vt quod doctrina cœlestis comparatur rori, & Dei erga nos bonitas confertur cum aquilarum φιλοσοφία. erga pullos.

## TEXTVS.

**A**vdite cœli, Ego loquar, audiat terra verba oris mei.

Stillet sicut pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum.

Orditur Moses canticum grandi sono orationis, vt reddat auditorem attentum.

Optat vt doctrina quam tradit sit efficax & salutaris Ecclesie.

M 5

Sicut

Sicut imber super gramen, & sicut stillæ super herbam.

Quia nomen DOMINI prædicabo, date gloriam Deo nostro.

Ipse est petra, opera eius sunt integra, & quicquid facit rectum est.

Deus est fidelis, & non est iniquitas in eo, iustus & rectus.

Generatio peruersa & praua deficit ab eo, Labes & maculæ sunt, non filij eius.

Hanc gratiam refers DOMINO, popule stulte & insipiens?

An non ipse est pater tuus & DOMINVS tuus? An non ipse fecit & parauit te?

Memento dierum antiquorum, confi-

Propositio. Dicam de vero Deo discernendo in inuocatione ab omnibus idolis.

Deus est petra, id est, portus, arx, & ara piorum.

Fidelis, id est, verax & beneficus.

Moses tanquam in specula sedens prospicit tenebras secuturas, hoc est, confusionem opinionum cultuum & morum.

Nullum officium referenda gratia magis necessarium est. Itaque omnes oderunt immemorem beneficii & ingratum.

I. Commemoratio beneficiorum; dera

dera annos generationum. quæ Deus in hunc populum contulit.

Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi, Seniores tuos & dicent tibi. Senes sunt amandi cum propter alias causas, tum vero propter historias.

Cum diuideret altissimus gentes, & dispergeret filios hominum.

Constituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Israël. Ante vocationem Abrahæ Deus deliberavit de hospitio Ecclesiæ ad Iordanem.

Quia pars DOMINI est populus eius, Jacob est funiculus hereditatis eius. Ecclesia est præclara hereditas Dei Psal. 16.

Inuenit eum in terra deserta, in vasta solitudine, in qua est ululatus.

Circumdoxit eum, & erudiuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Venustissimæ similitudines, quibus pingitur gubernatio & defensio populi vagantis in deserto.

Sicut aquila excludit pullos suos, & eosdem fouet calore vitali.

Et expandens pennas suas assumit eos, & gestat eos super alas suas.

Ita DOMINVS solus duxit eum, & nõ erat cum eo deus alienus. Vexit



Vexit eum vsq; ad  
excelsa terræ, vt cō-  
ederet fructus agro-  
rum.

Affluentia om-  
nium rerum in ter-  
ra Canaan.

Vt sugeret mel de petra, & oleum  
de saxo durissimo.

Butyrum de armento, & lac de oui-  
bus, vnā cum adipe agnorum.

Et arietes pingues & hircos, quorum  
renibus pinguedo adhæret, atq; triti-  
cum, vt biberet sanguinem vix mera-  
cissimum.

Impinguatus autem & saturatus re-  
calcitrauit, Impin-  
guatus, incrassatus  
& obesus es.

II. Accusatio in-  
gratitudinis & con-  
tumaciæ populi.

Et dereliquit De-  
um factorem suum &  
neglexit petram sa-  
lutis suæ.

In luxu & in o-  
tio homines fiunt  
negligentiores &  
petulantiores.

Et irritauit eum  
ad zelum per alienos, per abominatio-  
nes ad iracundiam eum concitauit.

Immolauerunt dæmonijs & nō Deo,  
dijs quos non nouerunt, nouis qui ex  
vicinia venerunt, quos non coluerunt  
patres vestri.

Pe tram quæ te genuit neglexisti, &  
oblitus

oblitus es Dei formatoris tui.

Hoc cum vidisset

DOMINVS ad iracundiam concitatus est aduersus filios suos & filias suas.

III. Descriptio pœnarum, quibus opprimuntur cultores idolorum.

Et dixit, Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum, sunt enim generatio peruersa & infideles filij.

Ipsi me prouocauerunt ad zelum per illud quod non est Deus, & irritauerunt me vanitatibus suis.

Et ego prouocabo eos ad zelum per eum, qui non est populus, & per gentem stultam irritabo illos.

Vaticiniũ de vocatione gentium & de reiectione Iudæorum.

Accensus est enim ignis in ira mea, &

Tragica comminatio.

ardebit vsq; ad infernum inferiorem, deuorabitq; terram cum germine suo, & fundamenta montium comburet.

Cumulabo super eos mala, & sagittas meas consumam in eis.

Fame cõtabescent, & febri consumentur & amara peste,

Sagittæ Dei sunt, Fames, pestis, bellæ & gladius.

dentis

dentes bestiarum immittam in eos,  
cum furore serpentum.

Foris orbabit eos gladius, & intus pauores, & intus pauores, foris pugnae.  
uores, iuuenem simul & virginem, lactentem cum viro cano.

Dixi, Dissipabo eos, cessare faciam inter homines memoriam eorum.

Nisi iram inimici vererer, ne hoc sibi arrogaret hostes eorum, & dicerent, manus nostra excelsa est, non fecit DOMINVS hæc omnia.

Nam populus est sine consilio & sine intelligentia, utinam sapientes essent & hæc intelligerent & cogitarent de exitu.

Quomodo enim vnus persequeretur mille & duo fugarent decem millia, nisi petra eorum vendidisset eos, & DOMINVS tradidisset eos.

Quia petra no-

Esaiæ 48. Propter nomen meum longe faciam furorē iræ meæ, propter me faciam, ut non blasphemet, id est, propterea ut sit aliqua pars generis humani, in qua Deus recte agnoscat, & recte inuocetur, non sinam funditus interire Ecclesiam.

Exitus acta probat. Quicquid ergo agis prudenter agas & respice finem.

Aegyptii Exodii  
stra non

stra non est vt petra  
eorum, cuius rei te-  
stes sunt ipsi hostes  
nostri.

14. Fugiamus Is-  
raëlem, Dominus  
enim pugnat pro  
eis. Bileam Num.  
23. Palæstini 1.

Reg. 5. Sic Porphyrius teste Eusebio lib. 5  
prepar. Euangelicæ dixit, Nato Christo nul-  
lam vtilitatem ex diis capi posse. Nato enim sal-  
vatore nostro omnia oracula Ethnica conticue-  
runt.

Vitis eorum est ex vite Sodomorum,  
& ex agro Gomorræ, vix eorum fel  
sunt, & botri amari.

Vinum eorum est venenum draco-  
num, & fel aspidum crudelium.

An non hæc abscondita sunt apud  
me & obsignata in thesauris meis?

Mea est ultio, ego  
retribuam, nutabit

Vindicta est ho-  
nos soli Deo com-  
petens.

pes eorum suo tem-  
pore, quia prope est  
dies calamitatis eorum, & futuri euen-  
tus eorum festinant.

Quoniam iudica-  
bit DOMINVS po-  
pulum suum, & pro-  
pitius erit seruis suis.

III. Promissio  
gratiæ & mitigatio  
nis pœnarum pro-  
posita agentib. pœ-  
nitentiam.

Videbit enim quod euanuerit po-  
tentia ipsorum, & quod neque cu-  
stodita,

stodita, neq; negle-  
cta supersint.

diligentissime asseruantur.

utensilia, quæ semper ante oculos versantur.

Custodita, res  
preciosæ quæ in  
thesauris repositæ

Neglecta sunt

Et dicetur, Vbi sunt dij eorum, pe-  
tra in qua habebant fiduciam?

Qui adipem sacri-  
fiorum ipsorū com-  
ederunt, & biberunt

vinum libaminum ipsorum, Surgant &  
adiuent vos, & fiant vobis latibulum?

Videtis ergo quod  
ego, ego inquam sum

Deus, & non est De-  
us mecum, Ego occido & viuifico, per-  
cutio & sano, & nemo est qui de manu  
mea possit eruere.

Leuabo enim ma-  
num meam in cælū,  
& dicam, Vivo ego in æternum.

Si acvero aciem gladij mei, & arri-  
puerit manus mea iudicium, vindiçtam  
exercebo aduersus hostes meos, & ini-  
micis meis rependam.

Inebriabo sagittas meas sanguine,  
& gladius meus de-  
vorabit carnes, A  
sanguine inquam oc-

Ipsorum, scilicet of-  
ferentium.

Discrimen veri  
Dei & idolorum.

Leuatio manus  
gestus iurantis.

Tres gradus præ-  
narum populo Is-  
raël reiecto denun-  
cifi &



cisi & à captiuitate,  
A capite inimici nu-  
dato.

ciat, quorum pri-  
mus est effusio fan-  
guinis. 11. Capti-  
uitas. 111. Nuda-  
regni & sacerdotii.  
dicebantur capita po-  
puli.

tio capitis, id est, amissio  
Nam reges & sacerdotes

Iubilate gentes,  
quæ estis populus  
eius, quia sanguinem

Repetit vatici-  
nium de vocatione  
gentium.

feruorum suorum ipse vlciscetur, &  
vindictam exercebit aduersus hostes  
suos, & propitius erit terræ populi sui.

Venit ergo Moses & locutus est om-  
nia verba cantici huius audiente popu-  
lo, ipse & Iosua filius Nun. Cumq; fi-  
nem imposuisset omnibus his sermoni-  
bus habitis ad vniuersum Israël, dixit  
ad eos, Diligenter

Postrema adhor-  
tatio Moyfi ad ser-  
uandam legem.

considerate omnia  
verba, quæ ego testi-  
ficor vobis hodie, vt

præcipiatis filijs vestris, vt seruent &  
faciant omnia verba huius legis. Quia  
non est hoc verbum

Verbum Dei nõ  
est inanis sonitus.

inane, sed est vita ve-  
stra, & hoc verbum

vitam vobis prorogabit, in terra ad  
quam occupandã transmissõ Iordane  
contenditis.

N Locu-

Locutusque est Dominus eodem die dicens, Ascende in montem Abarim, in montem Nebo, qui est in terra Moab è regione Iericho, & aspice terram Canaan, quam ego tradam filiis Israël obrinendam, & more-re in monte, postquam in eum ascende-ris, vt colligaris ad populum tuum, sicut mortuus est Aharon frater tuus in monte Hor, & collectus est ad popu-lum suum, quia præuaricati estis contra me in medio filiorum Israël ad aquas contradictionis in Ka-des deserti Zin, & non sanctificastis me inter filios Israël. E regione videbis ter-ram, & non ingre-dieris in eam, quam ego dabo filiis Israël.

Mandatum Dei de morte Moyfi.

Abarim signifi-cat montana Ara-bia, in quorum ver-tice est mons Ne-bo.

August. Psalmo 98. Magnum erat non dedisse terram istam Moyfi. Sed Moyfes voluit ge-stare figuram eorum, qui sub lege erant, quia per Moysen data est lex, & ostendit eos qui sub lege esse vellent, & sub gratia esse nolent, non intratu-ros in terram pro-missionis.

## CAPVT XXXIII.

Argu-

## Argumentum.

*IN benedictionibus quas Moses vocatus ad vitæ exitum pronunciat, duæ velut gemmæ insignes eminent, quarum una ad regnum, altera ad sacerdotium pertinet. Regnum enim promittitur Iuda & Ioseph. Sacerdotium vero assignatur Leui, ac nominatim ei hoc munus tribuitur, ut doctrinam veram tradat, & adduntur conciones de periculis & promissiones. Primum enim Moses Leuitica familia tertium genus doctrinæ commendat, & vetat aliud supposititium docere. Habes, inquit, legem traditam Moyse. Hanc purè doceas, nec assingas novas opiniones & novos cultus. Deinde monet doctoribus ingentia pericula, certamina, odia & supplicia subeunda esse in propugnatione piæ doctrinæ. Ne autem doctores frangantur animis, addit promissionem, quæ affirmat Deum adiuuare ministerium, ut sit efficax & salutare, & reprimere impios doctores & tyrannos.*

## TEXTVS.

**H**ÆC est benedictio, qua benedixit Moses vir Dei filios Israël ante mortem suam. Et ait, **D**OMINVS

de Sinai venit, ortusque est eis de Seir, Apparuit de monte Paran, & venit cum sanctorum. A dextra eius est ignea lex ad eos. Quam diligit populos? Omnes sancti eius sunt in manibus tuis. Sedebunt ad pedes tuos, & discent verba tua.

Legem præcepit nobis Moses, hæreditati Et fungebatur officio regis, & colligebat principes populi cum tribubus Israël.

est, coniungant voluntates hominum iuxta memorabilem Platonis sententiam, Hæc est legum nostrarum hypothesi, ut ciues sint quam beatissimi, & quam maxime inter se amici.

Vivat Ruben, & non moriatur, & sit parvus numero.

Quæri solet hoc loco cur Moses silentio præterierit tribum Simeon. Hieronymus dicit ideo Mosen non voluisse eius meminisse, quod ex ipso nasciturus esset Iudas proditor Christi. Lyra enarrans caput 49. Geneseos recitat traditionem Iudæo-

Gratiarum actio  
pro patefactione  
Dei.

Ecclesia dicitur  
sancta in hac vita  
kata omnia, quia  
vere filius Dei  
in ea regnat, & multa sunt membra  
sanctificata Spiritu  
sancto & electa. Fit  
autem a principali  
nuncupatio.

Ecclesiæ Iacob.  
Consilia sapientum  
gubernatorum  
sint omnia, id

Iudæorum de dispersione tribus Simeon: Non est pauper scriba, nec pedagogus, nisi de Simeon, hoc est, Nati in tribu Simeon discurrebant per sortes aliorum ad quærendum victum scribendo, vel pueros docendo, sicut clerici pauperes faciunt apud Christianos. Hæc ille.

Hæc est Iudæ benedictio, Audi Domine vocem Iudæ, & constitue eum ducem in populo suo, corrobora manus eius, & sis ei opitulator contra hostes.

Ad Leui quoque dixit, Integritas tua & lux tua, secundum virum sanctum tuum, quem tetastis in Massa, & cum quo litigasti ad aquas contradictionis. Qui dicit patri suo & matri suæ, Non video eum, & fratri suo, non novi eum, & ad filium suum, ignoro, hi custodiunt eloquium tuum & pactum tuum seruant. Hi docebunt Iacob iudicia tua, & Israël legem

Precatur vt Iuda habeat regnum fidele inuocans Dominum.

I. Alligat sacerdotes ad certum genus doctrinæ diuini testimoniis traditum per Moysen, prophetas, Christum & apostolos.

II. Præceptum quales velit esse doctores, videlicet tali robore fidei, vt anteferant confessionem vitæ.

Duæ partes ministerii, 1. Docere legem & Euangelium. 11. administrare ceremonias.

N 3 tuam.



tuam. Hi ponent incensum in ira tua,  
& holocaustum super altare tuum. Be-  
nedic DOMINE ro-  
bori eius, & opera  
manuum eius appro-  
ba.

III. Promissio,  
quod sit defensus  
hoc sacerdotiũ di-  
uinitus ordinatum.

Vulnera lumbos  
insurgentium contra  
eum & hostium eius,  
ne erigantur.

IIII. Minatur  
pœnas hostibus hu-  
ius sacerdotii.

Et ad Benjamin  
dixit, Amantissimũ  
DOMINI habitabit  
confidenter in eo,  
omni tempore tue-  
bitur eum, & inter  
humeros eius habitabit.

Ierosolyma sita  
in tribu Benjamin  
fuit sedes regia &  
sacerdotalis. Nam  
in Zion fuit arx  
Dauidis, & in mon-  
te Moria templum.

Ad Ioseph quoq; ait, Terra eius ha-  
beat benedictionem DOMINI in fru-  
ctibus de cœlo, & de  
rore, & de profundi-  
tate inferiori. In

Opulentia regni  
Ioseph.

fructibus quorum causæ sunt Sol & lu-  
na, in vertice montium Orientalium,  
& in collibus perpetuis, in fructibus de  
terra & de plenitudine eius. Beneuo-  
lencia habitantis in rubo veniat super  
caput Ioseph, & super verticem Naza-  
rei in-

rei inter fratres suos, Decor eius quasi  
primogeniti tauri,  
& cornua vnicornis

Potentia.

cornua eius, per hæc populos ventila-  
bit simul vsq; ad fines terræ. Hæc sunt  
millia Ephraim, & hæc millia Manasse.

Et Sebulon ait, Latere Sebulon in  
exitu tuo, Et Isaschar

Victoria Debo-  
ræ & Barac Iud. 5.

in tabernaculis tuis,  
populos vocabunt in  
montem & ibi sacrificabunt sacrificia

iusticiæ. Nam afflu-  
entiam maris sugent,  
& thesauros abscon-  
ditos in arena.

Mercibus mari-  
nis, & metallis ab-  
undabunt.

Et Gad ait, Be-  
nedictus dilator

Iehu 4. Reg. 10.

Gad, Iacet sicut leo, & rapit brachium  
vnâ cum vertice. Vidit sibi datum esse  
caput, videlicet do-

ctorem absconditû.

Elias ex Gilead  
in tribu Gad voca-  
tur doctor abscon-  
ditus, quia raptus  
fuit a Deo.

Et venit cum princi-  
pibus populi, & fecit  
iusticias DOMINI, &  
iudicia sua cum Israël.

Dan quoq; ait, Dan catulus leonis,  
fluet de Bafan.

Et Naphthali dixit, Naphthali fruetur  
rebus

rebus optatis ad saturitatē, & refertus erit benedictionibus DOMINI, mare & meridiem possidebit.

Aser quoque ait, Benedictus propter filios Aser, erit acceptus fratribus suis, & tinget oleo pedem suum, ferrum & æs erit in calceis tuis. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua.

Non est Deus similis Deo recti, Qui sedet in cælo sit opitulator tuus, cuius magnificentia est in nubibus. Hæc est habitatio Dei à principio & sub brachijs perpetuo. Eijciet ante te inimicum, & dicet, Sis deletus. Et habitabit Israël confidenter solus. Fons Iacob erit in terra frumenti & musti, & cælum eius stillabit rorem. Beatus es tu Israël, Quis est similis tibi ô popule, quæ saluat DOMINVS, qui est scutum auxiliij tui, & gladius victoriæ tuæ. Hostes tui debilitabuntur, & tu incedes per excelsa eorum.

Ecclesia nec numero, nec robore, nec calliditate, nec artibus, sed pietate ac religione, atque hac vna sapientia, quod Dei præsentiam & auxilium petit & expectat, omnes gentes nationesque superat.

## CAPVT XXXIII.

Argu-

## Argumentum.

*PRÆCIPVVS locus huius capituli est dulcis allegoria de sepultura Moysi. Christus Dominus noster sepelire Moysen, id est, abrogat ceremonias Moysi & liberat nos à maledictione legis moralis, ut Gal. 3. dicitur, Christus factus pro nobis maledictum redemit nos à maledictione legis. Diserte Paulus inquit, à maledictione, id est, ab ira & pœnis, quæ in silium translata sunt. Et cum addit, nos redemptos esse, significat non esse factam liberationem sine compensatione, sed mediatorem pro nobis pœnam tanquam λύτρον persoluisse. Nam Christus deriuavit in se iram æterni Patris, & factus est piaculum pro Ecclesia.*

## TEXTVS.

**A**scendit ergo Moyses de campestribus Moab in montem Nebo, in verticem Pisga è regione Iericho, ostenditq; ei **DOMINVS** omnem terram Gilead vsq; ad Dan & vniuersam Naphthali, terramq; Ephraim & Manasse, & om-

Terra Gilead nomen accepit a monte, ad quem Iacob fugiens Laban septimo die profectio- nis venit. Complectitur autem hæc  
nem



nem terram Iuda vsque ad mare nouissimum, & austrinam plagam & latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarum vsq; ad Zoar. Dixitque DOMINVS ad eum, Hac est terra, quã iuramento promisi Abraham, Isaac & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis. Sed non transibis illuc.

Mortuusq; est ibi Moses seruus DOMINI in terra Moab iubente DOMINO, & sepeliuit eum in valle terræ Moab è regione domus Peor, & nemo cognouit sepulchrum eius ad hunc vsq; diem.

Moses centum & viginti annorũ erat

quando mortuus est, non caligauit oculus eius, nec vigorem amiserat. Fleueruntq; filij Israël Mosen in campestribus Mo-

terra sortem filiorum Ruben, Gad & dimidiæ tribus Manasse, & a fontibus Iordanis incipiens excurrit vsque ad mare mortuum.

Naphthali, id est, Galiliæam.

Ephraim, id est, Samariam.

Iuda, id est, Iudæã.

Nam tẽpore Christi his nominib. tres partes terræ Canaan notatæ erant.

Mors Moyfi.

Mortuus est autem Moses Cal. Martiis teste Iosepho in fine libri 4.

Aetas Moyfi.



bus Moab triginta diebus, & completi sunt dies luctus deflentium Mosen.

Iosua vero filius Nun repletus est spiritu sapientiæ, quia Moses imposuerat ei manus, Et obedierunt ei filij Israël, feceruntq; sicut præceperat **D O M I N U S** Mofi. Et non surrexit deinceps propheta in Israël sicut Moses, quem nosset **D O M I N U S** facie ad faci-

Iosua successor Moyfi.

Impositio manuum semper fuit signum rei destinatae ad cultum Dei. Fuit & signum benedictionis. Hoc igitur ritu ordinavit Moyses Iosuam ad gubernationem populi Dei, Num. 27.

*ἰκτινάφιος λόγος*  
Moyfi.

em, in omnibus signis atq; portentis, ad quæ facienda **D O M I N U S** cum miserat in terra Aegypti coram Pharaone & omnibus seruis eius atq; coram vniuersa terra eius, & in omni manu robusta, magnisq; visionib. quas fecit Moses coram vniuerso Israël.

**FINIS DEUTE-  
RONOMII.**

1787  
The first of the year  
was a very dry one  
and the crops were  
very poor.

The second of the year  
was a very wet one  
and the crops were  
very good.

The third of the year  
was a very dry one  
and the crops were  
very poor.

The fourth of the year  
was a very wet one  
and the crops were  
very good.

The fifth of the year  
was a very dry one  
and the crops were  
very poor.

The sixth of the year  
was a very wet one  
and the crops were  
very good.

The seventh of the year  
was a very dry one  
and the crops were  
very poor.

The eighth of the year  
was a very wet one  
and the crops were  
very good.

The ninth of the year  
was a very dry one  
and the crops were  
very poor.

The tenth of the year  
was a very wet one  
and the crops were  
very good.

The eleventh of the year  
was a very dry one  
and the crops were  
very poor.

The twelfth of the year  
was a very wet one  
and the crops were  
very good.

Υ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α  
Γ Ρ Α Μ Μ Α Τ Ι Κ Α  
Ι Ν Δ Ε Υ Τ Ε Ρ Ο -  
Ν Ο Μ Ι Υ Μ .

C A P V T I .

C O N S I D E R E N T T E R R A M . ) V e-  
nusta metaphora est in verbo חָפַר  
quod fossionem significat. Ut enim  
fossiles explorant terram: ita explo-  
ratores scrutantur hostium consilia &  
omnes aditus pertentant.

M Y R M V R A S T I S . ) U t i t u r p a s s i u o  
כָּרַו pro actiuo כָּרַו Ideo etiam vsurpat  
futurum passiuum pro actiuo.

P V G N A B I T . ) נִשְׁבַּע & נִלְחַם in for-  
ma passiuua significationem habent acti-  
uam, sicut apud Latinos deponentia.

O S T E N D E N S . ) לִחַר אַתְּכֶם pro לִרְאוֹתְכֶם  
Nam omisso He punctum eius Pathā  
ipsi Lamed subijcitur.

P R O P T E R V O S . ) גַּלַּל voluit. Sig-  
nificat ergo Moses in se deuoluta esse  
populi peccata. Sicut enim populus  
sape luit principum delicta, sic guber-  
natores interdum puniuntur propter  
populi contumaciam.

P E R -

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ  
PERCVSSERVNT.) יתרו Litera He  
non est elisa, sed mutata in Thau-

C A P. I I.

POSSESSIONES SVAE.) ירש V.  
truncq; significat eijcere & occupare.  
Nemo enim alterius bona occupare po-  
test nisi priore domino eiecto.

INCIPERE.) יתחיל Præteritum יתחיל Fu-  
turum יתחיל Imperatiuus. Hoc exem-  
plum ostendit quam necessarius vsus sit  
punctorum vocalium in lingua sancta.

C A P. I I I I.

HAEC EST LEX.) ירה iaculatus  
est, & μεταληπτικῶς docuit, quia doctri-  
na relinquit aculeos in animis. Inde  
ורה quæ Græcis est νόμος à distribu-  
do, quia suum cuiq; tribuit, Latinis  
lex à ligando, quia obligat vel ad obe-  
dientiam vel ad pœnam, vel vt Cicero  
dicit in primo de legibus, ab eligendo.

SION.) Differunt יון & יון Nam  
prior appellatio significat speculam.  
Fuit enim arx Davidis summa specula  
in regno Israël. Altera appellatio vsur-  
patur

patur pro parte Libani, quæ alio nomine Hermon nominatur.

## CAP. XI.

MAGNO NEGOCIO.) In Ebræo est בְּרַגְלֵי In pedibus, hoc est, aquis non è cælo destillantibus, sed sub te & sub pedibus tuis currentibus, aquis scilicet fluminum, non aquis pluuijs.

## CAP. XV.

MVTVVM DEDERIT.) Ebraica verba hunc sensum gignunt: Omnis creditor manum suam excutiat & remoueat à debitore, quem obligatum ac deuinctum quasi manu captū tenet.

## CAP. XXI.

EXPIABITVR.) נִכְפַּר Passiuum anomalum. Nam verbo Piel Litera Nun Characteristica Passiui Kal præposita est. Sed Kimhi putat Thau elisum esse & vsurpatum נִכְפַּר pro נִכְפַּר

## CAP. XXIII.



Τ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α

VSVRAM.) Vfsura apud Ebræos no-  
men habet à mordendo. Hanc nota-  
tionem vocabuli Chryfostomus enar-  
rans caput quintum Matthæi venusta  
similitudine illustrat : Similis est , in-  
quit , pecunia vsurarij morsui aspidis.  
Nam homo percussus ab aspide suavi  
somno consopitus iacet , & dormiens  
extinguitur , quia venenum per omnia  
membra diffunditur . Sic qui vsuram  
accipit videtur beneficio affectus esse,  
sed vsura per omnes eius facultates dif-  
currit , easq; conuertit in debitum.

C A P. X X I I I .

SCRVTABERIS RAMOS.) <sup>רָמַתְּ</sup>  
ramificabis , id est , ramos denuo ex-  
cuties & lustrabis à nomine <sup>רָמַתְּ</sup> quod  
ramum significat , verbo deducto , sed  
aliquid relinques egenis.

C A P. X X V I I I .

INVIDEBIT) <sup>תִּרְעַע</sup> Futurum passi-  
uum primæ coniugationis in ordine  
duplicatorum , quasi dicat , affligetur  
vel cruciabitur oculus eius quoties fra-  
trem

trem aut uxorem aut filium intuebitur. Metuet enim ne sibi cœna Thyestea cripiatur.

SECUNDINAM.) *שְׁלִישׁ* græce *χθόριον* Latine secundina. Ab hac voce quidam deducunt uomen Schilo Gen. 49. ut sit *χθόριον αὐτῆς* scilicet virginis. Sed simplicior etymologia est quæ refert originem Schilo ad uerbum *שָׁלוּ* quod habet significationem felicitatis.

DE MEDIO PEDVM.) Hinc colligere possumus, quid sit Genesis 49. *מִן מִבְּיַן רַגְלָיו* Significat enim legislatorem à Iuda propagatum, qui scilicet à membro quod seruit generationi fatus est.

MORBIS.) *מַח* morbus ex intemperie. *מַחַח* morbus ex solutione continui, hoc est, plaga percussione inflicta, vel ulcus, vel vulnus, vel apostema, sua sponte natum & saniem fundens, à uerbo *מָח* percussit. Genus harum specierum est *מַחַח* à *מָח* quod dolore affici significat. Sæpè tamen confunditur hæc differentia. Cæterum morbi secundum Græcos aut sunt *δυσπραγία* in similibus, aut *ἀσπραγία* in dissimilaribus, aut *ἐσπραγία* ἢ *συνασπραγία* in utrisq̃.

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ

C A P. X X I X.

MORBOS.) תהאיה Hic usurpatur Aleph pro He, sicut supra cap. 28. in dictione תהאיה Nam illius radix est תהאיה huius תהאיה.

EXARSIT.) תהאיה Futurum passivum duplicatum, Inflammata est ira.

C A P. X X X I I.

STILLET.) תהאיה proprie significat praecisionem cervicis. Postea metaphorice usurpatur pro stillatione seu fluxu. Sicut enim de cervice vulnerata destillat sanguis, sic de caelo destillat pluvia. Ut hoc loco doctrina mea תהאיה תהאיה destillet sicut pluvia. Inde caeli תהאיה תהאיה Esaiæ 5.

PULLOS SVOS.) תהאיה à verbo תהאיה rapuit, quia lege Mosàica concessum erat rapere ex nido pullos, non matrè.

FOVET.) Idem verbum hoc loco usurpatur quod Gen. i. extat, Spiritus Domini ferebatur super aquas. Significat autem fouere vitali calore, sicut avis incubans fouet oua.

DISSIPABO EOS.) תהאיה Angulus. Hinc

GRAMMATICA.

Hinc verbum, quo utitur Moses sic  
 reddi potest iuxta Ebraismum, Angu-  
 labo illos, id est, in omnes mundi an-  
 gulos dispergam.

NUDATO. פָּרַע principaliter signi-  
 ficat nudare, vt Exo. 32. בִּי פָּרַע חוּמַי בִּי פָּרַעָה.

Quoniam nudatus erat (populus)

Nam Aharon nudauerat eum.

Et Deu. 32. מִדָּאֵשׁ פָּרַעְתָּ אוֹיֵב.

A capite nudato  
 hostis.

OF A H A T A W

This volume was printed  
at the press of the  
University of Cambridge  
in the year 1791  
by John Johnson, Printer  
to the University  
in the Strand

BY JOHN JOHNSON

Printed and Sold by  
John Johnson, Printer  
to the University  
in the Strand



**I N D E X M O N -**  
**S T R A N S U S V M**  
**L E C T I O N I S D E V -**  
*teronomij.*

**I. Testimonia de do-**  
*ctrina.*

De patefactione Dei cap.	4
De unitate essentie diuine cap.	4. 6. 32
De prouidentia Dei cap.	11
De proprietatibus Dei cap.	1. 4. 7. 10. 32
De presentia filij Dei in Ecclesia cap.	1. 7
De ira Dei aduersus peccatum cap.	4
De exauditione diuina precum cap.	4
Quod reconciliati possint labi cap.	9
De recipiendis lapsis cap.	4
De institutione & approbatione magistratus cap.	1. 2. 17
De natura humana in Christo cap.	18
De approbatione contractuum cap.	25

**I I. Consolationes.**

Consolatio à priori beneficio sumpta cap.	1. 7
O 3	Conso-

I N D E X.

<i>Consolatio ab exemplo Israëliitarum cap.</i>	2
<i>Consolatio à presentia Dei in Ecclesia cap.</i>	7. 20
<i>Consolatio necessaria doctoribus &amp; discipulis Euangelij cap.</i>	10. 18
<i>Consolatio ab auxilio Dei cap.</i>	31

III. Hortationes.

<i>Hortatio ad seruandam legem cap.</i>	4. 27.
	29. 32
<i>Hortatio ad gratitudinẽ erga Deum cap.</i>	6. 8

IIII. Precationes.

<i>Precatio pro incrementis Ecclesie cap.</i>	1
<i>Precatio ardentissima pro Ecclesia cap.</i>	9

V. Leges.

<i>Lex prohibens fabricationem imaginum cap.</i>	4
<i>Lex de timore &amp; dilectione Dei cap.</i>	6
<i>Lex prohibens fœdera &amp; coniugia cum im- pijs cap.</i>	7
<i>Lex de euertendis statuis cap.</i>	7
<i>Lex de decimis cap.</i>	14
<i>Lex de anno remissionis cap.</i>	15
<i>Lex de manumissione seruatorum cap.</i>	15
	Lex

I N D E X.

<i>Lex de primogenitis cap.</i>	15
<i>Lex de tribus festis cap.</i>	16
<i>Lex de vitandis imposturis diuinationum &amp; incantationum cap.</i>	18
<i>Lex de pœna talionis cap.</i>	19
<i>Lex prohibens translationē terminorū cap.</i>	19
<i>Lex de Asylis cap.</i>	20
<i>Leges belli cap.</i>	20
<i>Lex de expiatione cædis incerto autore fa- ctæ cap.</i>	21
<i>Lex de moderatione victorie cap.</i>	21
<i>Lex de iure primogenitura cap.</i>	21
<i>Lex de pœna filij contumacis cap.</i>	21
<i>Leges quæ frenant licentiam turbe militaris cap.</i>	23
<i>Lex de diuortijs cap.</i>	24
<i>Lex de spicilegio cap.</i>	24
<i>Lex de equalitate delicti &amp; pœne cap.</i>	25
<i>Lex de primitijs cap.</i>	26
<i>Lex de decimis cap.</i>	cod.

V I. Promissiones.

<i>Promissio Euangelij propria de gratuita re- missione peccatorum cap.</i>	4
<i>Promissiones addita legi cap.</i>	7. 11. 15. 28
<i>Promissio premiorum quæ redduntur pro be- neficientia erga pauperes cap.</i>	15. 24
<i>Promissio de Messia cap.</i>	18

I N D E X.

<i>Promissio reconciliationis &amp; mitigationis pœnarum cap.</i>	30. 32
<i>Promissio de efficacia ministerij cap.</i>	33

VII. *Comminationes.*

<i>Comminationes tragicarum pœnarum, que sunt comites inobedientie cap.</i>	4. 11. 27. 28. 32
<i>Comminatio denuncians pœnas hostibus ministerij cap.</i>	33

VIII. *Exempla.*

<i>Dissidentie cap.</i>	1
<i>Pœne incredulitatis cap.</i>	1
<i>Premiorum pietatis cap.</i>	1. 2
<i>Furorum Ethnicorum cap.</i>	12. 32
<i>Comminationis addite primo precepto cap.</i>	25
<i>Gubernatoris solliciti de posteritate cap.</i>	37

IX. *Imagines & allegorie.*

<i>Imago Ecclesie exulantis in mundo cap.</i>	1
<i>Imago</i>	

<i>Imago fidei uel ueritatis Dei cap.</i>	32
<i>Iosua imago Christi cap.</i>	1
<i>Imago humane sapientie cap.</i>	1
<i>Allegoria de reliquijs Canaanorum cap.</i>	7
<i>Allegoria de immundis animalibus cap.</i>	14
<i>Allegoria anni remissionis cap.</i>	15
<i>Allegoria trium festorum cap.</i>	16
<i>Allegorie quarundam legum cap.</i>	22. 23. 25
<i>Imago Christi &amp; Ecclesie cap.</i>	25
<i>Allegoria de Moysse non ingrediente in terram promissam cap.</i>	32
<i>Allegoria de sepultura Moysi cap.</i>	34

## X. Cause.

<i>Cur Decalogus tantis miraculis promulgatus sit cap.</i>	5
<i>Cur sapientia Decalogi assidue meditanda sit cap.</i>	6
<i>Cause finales afflictionum Ecclesie cap.</i>	8
<i>Fines sacrificiorum Leuiticorum cap.</i>	12
<i>Cause propter quas Deus sinit existere hereses cap.</i>	13
<i>Pœnarum publicarum utilitates cap.</i>	13
<i>Cause propter quas maledictiones legi addite sunt cap.</i>	27



## X I. πεσοκείμενα.

<i>Magistratus cap.</i>	1. 17. 22
<i>Ministorum Evangelij cap.</i>	33

## XII. Discrimina.

<i>Discrimen sapientia Ecclesie &amp; sapientia mundi cap.</i>	4
<i>Discrimen Ecclesie &amp; aliarum sectarum cap.</i>	4. 33
<i>Discrimen Egypti &amp; terre Canaan cap.</i>	11
<i>Discrimen mundorum &amp; immundorum animalium cap.</i>	14
<i>Decimarum distinctio cap.</i>	14
<i>Discrimen Christi &amp; Moysi cap.</i>	18
<i>Discrimen cadis voluntarie &amp; inuoluntarie cap.</i>	19
<i>Discrimen veri Dei &amp; idolorum cap.</i>	32. 33

## XIII. Regula &amp; Præcepta.

<i>Regula docendi in Ecclesia cap.</i>	1
<i>Regula alligans Ecclesiam ad verbum Dei cap.</i>	4. 12. 30. 33
<i>Præcepta</i>	

I N D E X.

<i>Præceptum de conseruatione &amp; propagatione doctrina cap.</i>	4
<i>Regula de interpretatione comminationum diuinarum cap.</i>	4. 30
<i>Regula de interpretatione promissionum legalium cap.</i>	11
<i>Decalogi repetitio cap.</i>	5
<i>Præceptum de assidua meditatione Decalogi cap.</i>	6. 17. 27. 31
<i>Primi præcepti enarratio luculenta cap.</i>	6. 7. 8. 10
<i>Regula damnans omnes cultus sine verbo Dei excogitados cap.</i>	12
<i>Præceptum seuerissimum de victu &amp; defensione ministrorum Ecclesie cap.</i>	12. 18
<i>Regula de miraculis cap.</i>	13
<i>Præceptum de moderatione luctus in funeribus cap.</i>	14
<i>Præceptum de conseruatione ministerij cap.</i>	14
<i>Præceptum de beneficentia erga pauperes cap.</i>	15
<i>Concio de officio regum cap.</i>	17
<i>Prohibitio vsurarum cap.</i>	23
<i>Præceptum de modestia sexus muliebris cap.</i>	25
<i>Præceptum de equalitate in contractib. cap.</i>	25

XIIII. Vaticinia.

De An-

I N D E X.


De Antichristo cap.	18
De peccatis & pœnis populû Isrâël cap.	31. 32
De vocatione gentium cap.	32
De reiectione Iudeorum cap eod.	


F I N I S.

L I P S I Æ


In officina Ernesti Vægelini  
Constantiensis.

Anno M. D. LXVI.









OCN 66470049